2

19

PRO

NOBILISS. PICOLOMINEORVM ANTIQVA, ET ORIGINARIA FAMILIA SENENSI,

Super Fideic. Porronæ, Palatij Papeschij, & Palatij Massainorum

CONTRA

ILL.mi D. DON ALPHONSI PICOLOMINEI DE ARAGONIA Cœlani Comitis;

ILL.mi D. SYLVII PICOLOMINEI, STICCIANI DOMINI.

Aliorumq; Prætendentium hactenus proposita IVRA, ET ARGVMENTA,

INFORMATIONES, AC RESPONSIONES IVRIS, ET FACTI.

Coll. Rom. Catal. B.

Soc. Jesu Inscr.

ROMAE

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ. M. DCXI.

AVCTORITATE SVPERIORVM.

PRAECIPVA CAPITA

De quibus in præsenti consultatione differitur,

Hæc sunt.

PRIMVM, An per mortem Illustriss. D. Scipionis Picolominei, purificata fuerit Fideicommissi conditio ad Picolomineæ familiæ fauorem in bonis, de quibus agitur, idq. à nu. 26. vsque ad nu. 58.

SECVNDVM, Præsupposito dictæ conditionis aduentu, quænam ex Picolomineis familijs vocata dicatur, vtrum Antiqua originaria, vel potius aggregata, An vtraque coniunctim, quod latè à num. 59. vsque ad nu. 125.

NOBILISS. GENTILIBVS PICOLOMINEIS DOMINIS SVIS

Bartholomæus Picolomineus S. D.

Andatis veſtris, prompto, & alacri animo iamdiu à me ſuſceptis ſtatim parere cępi, veſtroq; nomine, inſignem ex teſtamento Illuſtriſſimi q. Iacobi Picolominei, de Aragonia Senioris controuerſiam inſtitui, ſed Illuſtriſsimo tunc Scipione Picolomineo viuente, multis difficultatibus interceptus, progreſſum ſiſtere, ad eius vſq; obitũ fui coactus, non tamen abiecta cura parandorum quotidie magis iurium, quę nobis poterant ſuffragari; qua igitur potui ſedulitate, cũ pręſtantiſſimis Patronis, quos tàm Romæ, ac Senis, quàm Florentiæ adiueram, ſum aſſiduè verſatus, non modò, vt eis obſequerer, ſed vt plura, quæ factũ ſpectabant, omni diligentia eis ſuggererem. Quod nec cauſæ inutile fuit, nec eis ingratum, ſic enim profeſſi ſunt illi ſæpius Excellentiſſimi, videlicet, Siluius Spannocchius, dum Senis Aduocationi operam dabat, & Franciſcus Accariſius noſtri Senenſes, Bernardinus Nerettus, Iacobus Ticcius, Sebaſtianus Celleſius, Florentini Aduocati, necnon Ioannes Guidus Volaterranus, olim in Romana Curia degens. Interea loci, vt quàm vrbanè, & humaniter cum Aduerſarijs ageremus, rogaui (vt ſcitis) magnæ auctoritatis viros, vt nonnullis eorum pro victoria, licèt incerta, maximo ex rebus controuerſis oblato palmario, de reliquis compromiſſum ſponderẽt, ſed poſt frequentes tractationes, nulla ab eis conditione accepta, ad Iudices venimus. Tum repetito exactius ſtudio, ijs, quæ initio elaborata accepiſtis, multa per conſultiſsimos viros cumulata ſunt, multa etiam ad formam reſponſionum compoſita, vt quæ poſtea vibrari cæperunt, aduerſa tela repellerentur.

pellerentur. Cum verò totius consultationis, plurima desiderarentur exempla, vt non modò cuique Iudicum, Procuratorum, & Aduocatorum, sed etiam vestrû singulis (vt par erat) vnum præberetur, Typis ea committere operæpretium duxi, quo fiet, vt non solum celerius, & castigata magis, ac nitida prodeât, verum etiam, præmaturè, iura familiæ nostræ, vulgò innotescant, vt qui nimis arduum nos attentasse facinus, criminabantur, mirari desinant, & summa nos ratione impulsos esse agnoscant. Impressa igitur, velut iure optimo vobis debita, vobis ipsis dicanda erant, quinimò cum vobis parta, ac vestra omninò sint, consentaneum quoque fuit, vt vestro inscripta nomine promulgarentur, atque insimul operæ, & officij mei monimentum aliquod, omnibus ederetur. Vestrum nunc erit prępotentem exorare Diuinum afflatum, vt iudicaturis, sincerum veritatis suæ, lumen infundat, quò si votis, respondeat exitus, non solum pia Testatoris decreta, per nos exequi; sed & eius ossa, in Oppido Sarteani deposita, Senas ex illius iussu hęredibus iniuncto, transferri, pro grati animi nostri debitò possint: Cui aliud pietatis, & addictę mentis proximum erit officium, vt vtriusq; Pij Picolominei Summi Pontificis, corpora, quæ Romæ in D. Petri Basilica, magnificè iacebant, insigni, ac pari eorum meritis tumulo donentur: Nec non Pij ipsius II. memoria suorum operum, iterata impressione, reuiuiscat, additis preterea multis manu scriptis, quæ cû variis in locis, hucusq; delitauerint, fuerût per me eam ob causam, diligenter exquisita, atq; collecta; cum autem hæc, sine magna impensa, peragi nequeant, ex legatorû fructibus (si Deus dederit) satisfactum omnibus iri speramus, vt erga nostræ gentilitatis tanta, tantumq; nobis propitia lumina, cunctis testatum deuotæ voluntatis nexum faciamus. Valete, & in ea, quam mihi credidistis prouincia, hoc fidei meæ, quasi specimen, hilari, ac fidenti animo accipite. Senis Idibus Martij 1610.

SVMMARIVM.

1 FAMILIA Piccolomineorum Originaria eminens in Ciuitate Senarum.

2 Pius II. ex familia Piccolominea Originaria Ortus, & id ipse testatur in suis Commentarijs.

3 Familia Piccolominea ante Pium II. non multiplex, sed vna Senis extitit. Et de dicta familia attestatio Orlandi Maleuoltæ, & aliorum.

4 Familia Piccolominea alias familias aggregauit Pius II. qui ex Laudomia, & Catarina Sororibus descendebant.

5 Descendentes ex Nanne de Todeschinis, & Laudomia recensentur.

6 Descendentes prædicti Piccolomineorum nomen sibi, posterisq. assumpserunt, & id cum adiuncto de Aragonia, & de Castella.

7 Descendentes ex Catarina proponuntur, à quibus Illustrissimus D. Siluius proficiscitur.

8 Descendentes à Laudomia, & Catarina appellantur nomine Piccolomineorum aggregatorum.

9 Testamentum Illustrissimi D. Iacobi refertur.

10 Capitulum 32. Testamenti.

11 Capitulum 35.

12 Capitulum 52.

13 Capitulum 69.

14 Capitulum 70.

15 Capitulum 72.

16 Capitulum 74.

17 Capitula 98. & 100.

18 Testator familiam honorauit, & grauauit à capitulo 74. vsque ad cap. 99.

19 Codicilli de anno 1508. referuntur, & in specie capitulum 7. dictorum Codicillorum ponitur de verbo ad verbum.

20 D. Scipio vltimus ex descendentibus à Siluio & Aenea filijs Testatoris de anno 1600. alienauit Porronam.

21 Rescriptum Serenissimi Magni Ducis concedens facultatem experiendi iura in capite fideicommissi respiciente contrauentionem.

22 Rescriptum alterum circa commissionem puncti conuenti concorditer inter partes.

23 Mors Illustriss. D. Scipionis sequuta pendente adhuc causa indecisa super puncto conuento.

24 *Rescriptum vltimum committens causam super vtroque capite fideicommissi.*

25 *Quæstiones duæ principales in iure discutiendæ proponuntur.*

26 *Substitutus debet probare qualitates vocationis in sui personam concurrere, & quod fuerit purificata conditio, aliàs repellitur, & nu. 39. & 62.*

27 *Substitutio familiæ in cap. 7. Codicillorum videtur facta sub conditione non solum deficientis lineæ masculinæ descendentium à Testatore, sed, & aliorum descendentium à fratribus.*

Sed contrarium verius esse defenditur, & demonstratur nu. 31. & seqq.

28 *Linea patris non à seipso, sed ab eius filijs incipere dicitur.*

29 *Descendentes à fratribus Testatoris in pluribus capitulis testamenti fuerunt substituti.*

30 *Relatum in referente dicitur inesse cum omnibus qualitatibus, & verè, & propriè, specificè, & expressè.*

31 *Duæ proponuntur conclusiones ad ostendendum sub nomine illo,* Substitutorum, *posito in cap. 7. Codicillorum non fuisse comprahensos fratres Testatoris, & descendentes ab eis.*

32 *In conditione positos esse aliquos dupliciter contingere potest, vel quia sint substituti anteriori gradu, vel quia simpliciter positi fuerint in conditione.*

33 *Positi in conditione simpliciter non dicuntur vocati.*

34 *Substituti priori loco, facere dicuntur conditionem substitutis, post eos ordine successiuo, vocatis.*

35 *Nomen,* Substitutorum, *positum in capitulo Codicillorum, ponderatur tamquam demonstrans personas designatas per illud, debere considerari vti substitutas.*

36 *Qualitas nominis determinans verbum, limitare dicitur dispositionem ad illam qualitatem.*

37 *Qualitas designata per illud nomen,* Substitutorum, *verificari non potest in his, qui non fuerunt substituti in illis bonis, & eisdem personis, de quibus in capitulo 7. Codicillorum.*

38 *Relatio congruè fieri debet, neque ad ea fit, quibus adaptari non potest, & num. 46. & nu. 78.*

39 *Substitutus in vno casu, & in vna re, in alio casu, & in re diuersa, substitutus non dicitur.*

40 *Descendentes à fratribus Testatoris in capitulo Codicillorum in bonis, in dicto capitulo contentis, non fuerunt substituti ante familiam Piccolomineam.*

41 *Negatiua probatur ex inspectione ipsius scripturæ.*

42 *Aduerbium,* Prout, *& nomen,* dictæ, *sunt dictiones relatiuæ, & nu. 68.*

43 *Relatio facta in capitulo 7. Codicillorum, ad capitula testamenti ponitur, & ponderatur.*

44 *Numerus pluralis ad plura, non ad vnum tantum referri potest, & num. 69. Aliquando tamen resoluitur in singularem nu. 149.*

Dictio

45 *Dictio*, &, *ponitur inter diuersa.*

47 *Prohibitio alienationis quattuor terminos complectitur, ex quibus infertur descendentes à fratribus Testatoris, mediante relatione facta in Codicillis non fuisse substitutos.*

48 *Relatio circa expressa, & clarè disposita in referente, non potest intelligi facta ad ea, in qua diuersimodè fuerit dispositum, sed ad alia, & nu. 49 & nu. 79.*

50 *Verba*, eo modo, & ordine, *posita in Codicillis ponderantur, & num. 77. & nu. 80.*

51 *Expresio facta in vna parte, denotat non comprahendi personas in alia parte, vbi non fuerunt expressa.*

52 *Digna speciali nota, si non fuerunt expressa censentur neglecta, & omißa.*

53 *Testator in cap. 7. Codicillorum considerauit lineam legitimam, & naturalem, vti simpliciter positam in conditione, & lineam Naturaliū, vti substitutam.*

54 *Filius quilibet est caput, & principium sua linea, quarum vna ab altera est diuersa, & à quolibet inchoatur noua linea.*

55 *Verba vbi sunt clara, non est recurrendum ad coniecturas.*

56 *Argumentum à superfluitate debile, & infirmum.*

57 *Superfluum dici non debet id, quod exprimitur ad tollendam sophisticam interpretationem.*

58 *Superfluum pariter non dicitur id, quod ratione maioris explicationis, & dubitationis tollendæ causa adijcitur.*

59 *Familia Piccolomineorum, quanam vocata ad fideicommissum.*

60 *Qualitates plures quando requiruntur ad actum copulatiuè omnium concursus est necessarius.*

61 *Copula*, &, *requirit vnionem omnium copulatorum.*
Aliquando tamen ponitur augumentatiue, nu. 99. & nu. 127.
Et quando aliquo casu non requirat concursum copulatorū, nu. 100. 101. 133. 134.
Et in dubio extensiuè, non restrictiuè est capienda, nu. 128.

62 *Substitutus repellitur ea exceptione, quia substitutio de eo non loquitur.*

63 *Dictio*, videlicet, *ponitur restrictiuè, & nu. 131.*
Et est dictio declaratiua nu. 130. & nu. 137. Vbi quod declaratiuè, maxime in his speciebus, qua enumerata, & comprahensa fuerunt post genus.

64 *Descendentes ex propria familia præsumuntur magis dilecti, quam ex aliena.*

65 *Charitas ordinata præfert suos extera nationi.*

66 *Masculi descendentes ex fœminis continentur appellatione descendentium Masculorum, & nu. 136.*
Sed hoc non procedit in casu, quo appareat Testatorem habuisse rationem conseruandæ agnationis.

67 *Repetitio tacita personarum resultans ex cap. 52. 69. 72. videtur demonstrare sub nomine familiæ Piccolomineæ contineri aggregatos.*

70 *Verba testamenti, ne alienentur, nisi ad vitam vnius tantùm, non ad vitam*

plu-

A D-

ADSIT DEVS.

PERILLVSTRES, ET Excellentissimi Domini.

CVM sit discutienda insignis causa, quæ inter Illustriss. D. Don Alphonsium Piccolomineũ de Aragonia, Comitẽ Celani, Illustriss. D. Siluium Piccolomineum, aliosq. prætendentes, & Nobilissimam Familiam Piccolomineam antiquam, & originariam Senensem controuertitur. Cumq. præ cæteris rebus, de quibus oritur disceptatio, agendum sit, quænam ex istis familijs Piccolomineis ad fideicommissum, de quo inferius erit agendum, vocata dicatur, operæpræciũ esse censuimus, antequam vlterius, non solum ad Iuris, sed ad Facti, magis præcipuam tractationem deueniamus, de his familijs aliqua prǽludij loco ponere, vt iura dictæ antiquæ familiæ, cuius partes defendendas suscepimus, magis elucescant.

1 Eminet igitur Senis † vt hinc exordiamur, originaria Piccolomineorum familia, ab antiquissimis Magnatibus Piccolomineis, dignitatibus, ac religione præstantibus, perpetua serie propagata. Ex qua quidem oriundus fuit Aeneas Siluius, Siluij Piccolominei filius, qui anno 1458. ad Summi Pontificatus apicem, ob raram eius doctrinam, ac summam probitatem, merito euectus, PIVS huius nominis Secundus, est appellatus.

2 Quod verò ex his Piccolomineis ipse originem duxerit † tum ex ijs, quæ in processu per Testes comprobantur, tum etiam ex auctoritate grauissimorum Auctorum, & præsertim ex frequentibus locis, quæ in laudatis, & eximijs ipsiusmet Pij II. operibus leguntur, facile manifestum fiet. In libro enim secundo suorum Commentariorum, eiectis à Senensi Populo Nobilibus, qui Gentiles homines vulgo dicebantur, cum Piccolominea Gens eiusdem Pij studio, & intercessione, Patriæ dignitatibus, ac muneribus, quæ prius cum summo gesserant honore, alacriter postea restituta esset, his populum Senensem verbis affatus est. Ingentes gratias vobis habemus, viri Senenses, qui Nobiles nostros Piccolomineos in partem regiminis admisistis.

Et

Et libro quarto eiusdem operis, Populi Romani Oratoribus eidem Romam redeunti, obuiam missis, & de reditu congra-
„ tulantibus, hac ratione eum loquutum esse legimus. Vehemen
„ ter dolentes Vrbem reliquimus, quæ Patria nostra est, non mi-
„ nus, quàm Senæ: Nam domus piccolominea, quæ nos peperit,
„ olim ex Roma Senas migrauit.

Nec multiplicem ec tempore Senis Piccolomineã familiam fuisse
3 † quisquam asserert, cum vna, eademq. esset, vnicis vteretur insignijs, & vnico (vt aiunt) Monte, vel Ordine Nobilium comprehenderetur, è quattuor illis, per quæ Ciues ad Reipublicæ regimen tunc peruenicbant. Et omnes de Piccolominea familia scribentes tamquam de vnica sola, eademq. familia, perpetuò verba faciunt.

Et præ cæteris idem Pius in dictis suis Commentarijs, ferè in
„ principio, hoc sermone vtitur. Familia Piccolomineorũ è Ro-
„ ma in Senas translata, inter vetustiores, & nobiliores Ciuitatis
„ habita, dum optimates Reipublicæ præfuerant, & litteris, &
„ armis claruit, pluresq. Arces, & Castella obtinuit, sed à Nobili-
„ bus in Plebem deriuato regimine, sicuti, & cæteri Nobilium, sic
„ & Piccolominea domus humiliata est.

Et ferè idem testatur in alijs suis voluminibus, & epistolis, & similia confirmat fælicis recordationis Pius Papa IIII. Quibus adstipulatur Illustriss. Cardinalis Iacobus Papiensis, à dicta familia, cognomine, & insignibus donatus. Idemq. testificantur publica Senarum monimenta, vt in processu videre est.

Et Orlandus Malauolta accuratus Historicus Senensis in prima Senensium historiarũ parte lib. 3. de Nobilibus Piccolomineo-
„ rum, & Cacciacontium familijs loquens narrat. Apud Caium
„ Vibennam, cuius historiæ in Montis Politiani Archiuio etiam
„ nunc versantur, scriptum inueniri, quod tempore Porsenæ, Re-
„ gis Clusij Romam missi fuerunt, vt opem ferrent Tarquinio
„ Superbo ab Oppidis Castri Montonis, & Castri Veteris, videli-
„ cet à quolibet ex eis, ducenti pedites, & quinquaginta equites,
„ quorum ductores fuere, nempè Militum Castri Montonis Bac-
„ cus Piccolomineus, & Militum Castri Veteris Perintus Caccia-
„ contes. E quibus Ducibus absque dubio credi potest (vt asserit
„ historicus) priscas familias Patritiorũ Senensiũ, videlicet Picco-
„ lomineorũ, & Cacciacontium fluxisse; quia eædem familiæ, vt
„ idem historicus ex dicti Caij Vibennæ auctoritate testatur, reten
„ to dicto cognomine, eadem arma, seu insignia, quæ Duces illis
„ temporibus gerebant, etiã nunc, atque perpetuò deinde tulerũt.

Et

Et hanc Piccolomineam familiam etiam ante Pij II. Pontificatum, non minus suorum numero & multitudine, quàm virtutibus, & dignitatibus, ac præsertim Ecclesiasticis conspicuam fuisse compertum est. Ex quo mirum non videatur, si Platea à Piccolominibus denominata vtebatur, & communicatis consilijs, quasi quædam Vniuersitas communia negocia expediebat.

Aliæ Piccolomineæ familiæ ex ijs conficiuntur, quos suæ antiquio
4 ri, atque ampliori Pius II. aggregauit, † quo in numero sunt omnes ex Laudomia, & Catarina ipsius Pontificis sororibus descendentes. Etenim ex Laudomia, atque ex Ill. eius viro, D. Nan
5 ne prius de Todeschinis, † postea vero de Piccolomineis nuncupato, ortum duxit Franciscus, qui anno 1503. fuit sub nomine Pij III. ad Summ. Pontif. assumptus. Cui ex ijsdem parentibus fratres geniti sunt Ill. D. Antonius Dux Amalphiæ, Ill. D. Iacobus Testator, & Ill. D. Andreas. Ex D. Antonio in lucem venit Alphonsius II. Dux Amalphiæ, & D. Ioannes Marchio Lecceti. Ex dicto Alphonsio natus est Alphonsius Dux III. & ex eo Inicus, qui fuit Dux IIII. Cuius linea masculina extincta est. Ex dicto Alphonsio Duce III. genitus est etiam Ioannes, & ex eo natus est Illustriss. D. Don Alphonsius iunior, Comes Celani, qui fortè tamquam primogenitus prætendit in causa; prout pariter ex dicto D. Ioanne natus est Illustriss. D. Inicus natu minor. Ex dicto D. Iacobo Testatore nati sunt Siluius, & Aeneas, ex Siluio Ioannes Franciscus, qui sine filijs decessit. Ex Aenea natus est Antonius Maria, ex hoc D. Iacobus iunior, & D. Scipio. Ex D. Iacobo Alphonsius, qui absque filijs, & descendentibus masculis decessit, prout vltimo loco mortuus est D. Scipio, nullis relictis descendentibus. Ex Andrea verò nati sunt Alexander, & Petrus Franciscus, qui filias fæminas tantummodo superstites reliquerunt.

Hi omnes fratres ex Laudomia Piccolominea, & D. Nanne de Todeschinis nati, relicto & ipsi proprio Todeschinæ familiæ cognomine Piccolomineorum nomen sibi, posterisq. suis assum-
6 pserunt, † vel, quia in hæredibus Pontificum, etiamsi à fæminis descendant, id vsu receptũ sit, vel quod à Pio II. Sum. Pont. non tantum opibus, diuitijs, & summis dignitatibus aucti, verum etiam cognomine, & armis suæ familiæ Piccolomineæ, insigniti, & decorati fuerint, qui, & interdum cum adiuncto *Piccolominei scilicet de Aragonia, & de Castella* vocati sunt.

Ex altera Pij II. sorore, videlicet Catarina, quæ nobili viro Bartho-
7 lomæo de Guglielmis nupsit, vnica prodijt filia Antonia † quã

duxit in vxorem nobilis, & eximius Iur. Consu Bartholomæus Pierius Massanus, ex his coniugibus editi fuere Siluius, & Aeneas, vocati de Piccolominibus, ex Aenea Siluius, ex Siluio Aeneas: Et ex Aenea, atque Illustriss. D. Victoria filia supradicti D. Antonij Mariæ Piccolominei de Aragonia, ortus est Illustriss. D. Siluius Piccolomineus, qui & ipse hodie ad iudicium accedit contradictor, & ij omnes, vt pars aduersa asserit à tempore dicti D. Bartholomæi de Pieris sub nomine Piccolomineæ familiæ semper dicti sunt.

Hos autem Piccolomineos, tàm à Laudomia, quàm à Catarina descendentes, semper Piccolomineos aggregatos appellabimus, † vt ab originarijs Senensibus secernantur.

8

9 His ita propositis, vt ad rem † nostrã accedamus, præfatus D. Iacobus de anno 1507. suum vltimum condidit Testamentum, in quo suos hæredes vniuersales instituit Ill. D. Siluium, & Ill. D. Aeneam filios legitimos, & naturales, & plura bona fideicommisso subiecta reliquit in dicto Testamento, videlicet.

10 In capitulo 32. † Castrum Montis Marciani, in prouincia Marchiæ Anconitanæ cum substitutione ad fauorem omnium eorum descendentium masculorum, & post eosdem, ad fauorem Ducis Amalphiæ, & Marchionis Lecceti, & filiorum D. Andreæ, ordine primogenituræ. Cum conditione, & declaratione, quod dictum Castrum non possit vendi, hypothecari, aut in dotem tradi, seu alio quouis modo, vel quæsito colore distrahi, vel alienari, sed perpetuis futuris temporibus sit.

11 In capitulo 35. Bona Monticchielli † in agro Senensi ad fauorẽ dictorum eius filiorum, & eorum descendentium masculorum, quibus deficientibus, substituit fæminas, earumq. descendentes, dummodo nuberent in domo Piccolominea, & Piccolominibus viris. Quibus fæminis deficientibus, substituit D. Ducem Amalphiæ, & Marchionem Lecceti, & descendentes masculos D. Andreæ, vnum post alium, & omnes ordine successiuo, cum supradicta prohibitione alienationis.

12 In capitulo 52. Castrum † Camporseluoli in statu Romanæ Ecclesiæ, ad fauorem dictorum eius filiorum, & descendentium masculorum. Quibus substituit filios D. Andreæ, eorumq. descendentes masculos; eisdemq. deficientibus, substituit totam domum Piccolomineam, descendentem per lineam masculinã, & ætatis à 25. annis supra, exceptis Monacis, & Religiosis Mendicantibus, cum prohibitione alienationis, vt supra.

13 In capitulo 69. partem suam † tenimenti Palatij Bibbiani Caccia-

contis,

contis, quod hodie dicitur, Palazzo Massaini, ad fauorem eius filiorum, & descendentium. Quibus substituit filios D. Andreæ, eorumq. descendentes masculos, & his deficientibus, substituit totam familiam, & progeniem Piccolomineam per lineam masculinam; prout aliàs declaratum est in capitulis supra in testamento contentis, cum prohibitione, de qua supra.

14 In capitulo 70. Bona † Sarteani, in dominio Senarum ad fauorẽ D. Aeneæ cum eadem prohibitione alienationis.

15 In capitulo 72. Palatium † in Vrbe, ad fauorem suorum filiorum eorumq. descendentium masculorum, quibus substituit Ducem Amalphiæ, vel eius filios masculos legitimos, & naturales, & casu quo, dicti filij non extarent, tunc mandauit, & reliquit, vt deueniret ad domum totam, & progeniem Piccolomineam per lineam masculinam, cum prohibitione alienationis, præterquam ad vitam vnius, & illo mortuo, ad vitam alterius, & similiter illo mortuo ad vitam alterius; dummodò alienatio totaliter non fieret: adeò quod præfatus D. Siluius, & D. Aeneas non sint ipso priuati, & eorum filij, & quòd ad ipsum non possint habere regressum.

16 In capitulo 74. Palatium † constructum Senis à dicto Testatore vocatum Palatium nouum, quod nunc dicitur, Palazzo Papeschi, & medietatem tenimenti Porronæ, & medietatem omniũ Apothecarum, quæ sunt subter Lodiam de Piccolominibus, quam construere fecit fælicis recordationis Pius II. in Platea de Piccolominibus, dictumq. fideicommissum fecit ad fauorem totius domus, & progeniei de Piccolominibus, videlicet masculorum legitimorum, & naturalium, natorum ex stirpe, & sanguine Piccolomineorum, & ex stirpe, & sanguine fæl. mem. Pij II. & III. adiecta prohibitione alienationis in totum, & in partem, præterquam ad vitam vnius tantùm, & non ad vitam plurium successiuè succedentium.

Et volens dictus Testator vrgere omnes vocatos, ad conseruationem dictorum bonorum, disposuit, quòd ista bona proximè descripta, & dictæ domui, & progeniei de Piccolominibus legata casu, quo alienarentur, deuenire deberent ad Illustriss. D. Ducem Amalphiæ, D. Marchionem de Leccero, & filios masculos, & hæredes Magnifici D. Andreæ de Piccolominibus, & hæredes magnificarum D. Constantiæ, D. Laudomiæ, & D. Alexandræ filiarum legitimarum dicti Domini Testatoris, vt in dicto cap. 74.

17 Quo verò ad conseruationem † aliorum bonorum, quia in supra

dictis

dictis alijs fideicommissis ad fauorem suorum filiorum, descendentium, & substitutorum, poenam alienationis non apposuerat, posuit duo capitula, videlicet, 98. & 100.
Ordinando primum in cap. 98. quòd si casus euenerit, quòd supradictus D. Siluius, & D. Aeneas, vel eorum filij, vel filij filiorum, aut alicuius ipsorum, venirent contra dictam prohibitionem, quòd tunc, & eo casu supradictæ filiæ, vel eorum filij masculi, per stirpem, habere deberent ab ipsis succedentibus de bonis non prohibitis alienari, duplum suarum dotium.
In capitulo verò 100. augendo dictam poenam, mandauit, nullam esse ipso iure omnem alienationem dictorum bonorum alienari prohibitorum, & immediatè succedere in eisdem tàm alienatis, quàm alienari attentatis, sequentem proximum substitutum, dando eidem facultatē, propria auctoritate accipiendi dicta bona cum eadem prohibitione alienationis, quam perpetuò locum habere voluit.
Nec prætermittendum esse credimus, quòd dictus D. Testator dictam domum, & familiam honorauit † in dicto eius testamento, eandem, vt supra, substituendo, & legata faciendo, non solum quia ipsum amabat, verum etiam, quia plura onera eidem imposuit, & curam quorundam negociorum certis modis, & conditionibus reliquit, vt videre est in dicto testamento à cap. 74. vsque ad cap. 94. & etiam in cap. 99.
19 Cui quidem testamento † accesserunt Codicilli, à dicto D. Testatore facti sub anno 1508. in quibus reuocauit legatum factum ad fauorem dictæ familiæ in dicto cap. 74. videlicet, quoad Palatium nouum, & tenimentum Porronæ, dictumq. Palatium, & tenimentum legauit supradictis suis filijs, vt in dictis Codicillis cap. 1. & 4. deinde verò in cap. 7. de eisdē disposuit, prout infra.
„ Item reliquit, & legauit supradictus Codicillator præfatis D. Siluio, & Aeneæ d. tenimentum Porronæ, & prædictum Palatiū nouum situm Senis, vt supra, cum prohibitione alienationis, & quod non possint aliquo modo alienari, neque vllo vnquam tempore, prout in dicto suo testamento dispositum est in capitulis prohibentibus alienationes, & vbi sunt ordinati substituti, in capitulis eiusdem testamenti. Et casu, quò (quod Deus auertat) deficeret linea masculina legitima, & naturalis ipsorum Siluij, & Aeneæ, seu alterius eorum, quod tunc, & eo casu admittantur ad successionem dictorum bonorum, & succedant filij naturales masculi, seu filius naturalis, & etiam filij legitimati, vnus, vel plures, si legitimati essent auctoritate Apostolica, vel Impe-

„ Imperiali, & eorum, & cuiusque eorum descendentes recta li-
„ nea masculina, seruato ordine, & more primogenitorum, prout
„ dispositum est in dicto suo testamento: Et casu, quo in totum
„ deficeret linea masculina dictorum Siluij, & Aeneæ, & substitu-
„ torum, tunc, & eo casu, in dictis bonis succedat domus tota; &
„ progenies Piccolominea, eo modo, & ordine; prout in dicto suo
„ testamento dispositum, & declaratum est.

Et cum, stante supradicta reuocatione legati, quoad Palatiũ nouum, & tenimentum Porronæ, cognosceret prudens D. Testator, quòd redditus Apothecarum subtus Lodiam prædictam, satis esse non poterant pro ipsius conseruatione, legauit in dictis Codicillis cap. 8. eidem familiæ de Piccolominibus florenos 400. reinuestiendos in bonis immobilibus, de quorum fructibus deberent manutenere, & reparare dictam Lodiam de Piccolominibus constructam à Pio Papa II. fæl. mem.

Defuncto supradicto D. Iacobo Testatore, & Codicillatore, cum antedictis dispositionibus D. Siluius, & D. Aeneas eius filij hæreditatem adierunt, & post hos iuxta dispositionem Testatoris, eisdem bonis fideicommisso suppositis; potiti sunt eorum descendentes, quorum vltimus, vt supradictum est, fuit

20 præfatus D. Scipio, qui de anno 1590. † d. Porronæ tenimentum alienauit.

Post prædictam alienationem cum nonnulli dicti Alphonsi D. Iacobi Piccolominei creditores super dictis Porronæ bonis, varias instituendi lites à sua Celsitudine Serenissima veniam assequuti essent, cumq. aliqui de dictis Piccolomineis aggregatis excipiẽtes præ cæteris de fideicommisso dicti tenimẽti Porronæ in dicto testamento, & Codicillis constituto, opposuissent, tota originaria familia Piccolominea Senensis, habita de his notitia, supplicauit Serenissimum Principem, vt sibi vnà cum creditoribus liceret iura sua, & actiones tàm in casu mortis, quàm in casu contrauentionis exercere. A quo Serenissimo Domino per eius benignum rescriptum die xj. Februarij 1601. fuit delegata causa clarissimis Locumtenenti, & Consiliarijs cum voto DD. Auditorum Rotæ Florentinæ.

21 Virtute cuius † rescripti dicta familia Piccolominea antiquior causam instituit circa dictum casum contrauentionis, & cum plures probationes pro ea factæ essent, & processus quasi completus. Idem Serenissimus M. Dux Ferdinandus fæl. mem. rescripsit, prout infra sub die 22. Ianuarij 1604.

22 „ Gl'Auditori Fiscale, e Cauallo † vedino il punto accordato

fra le parti, & in caso di disparere fra di loro, interuenga il Gualandi, e referischino à S. A. qui punctus fuit infrascriptus.
" An ad fideicommissum Castri Porronæ vigore testamenti,
" & Codicillorum quondam Illustriss. D. Iacobi Piccolominei
" de Aragonia, & de quibus agitur, sit vocata domus, & familia
" Piccolominea Senensis, vel ipsa tàm in casu contrauentionis,
" quàm in casu mortis omnino exclusa, sint potius Piccolominei
" tantùm, qui in Regno Neapolitano degunt, vocati.

Cumq. pluries actum, & discussum esset super isto puncto, & pro parte dictæ familiæ originariæ multoties petita relatio; supradicti DD. Auditores nihil retulerunt. Quamobrem ea denuo instante, per nouum Serenissimi Domini rescriptum, assignatus fuit dictis Dominis Auditoribus terminus ad referendum, quo non obstante, nihil similiter retulerunt, & sic causa nondum expedita

23 † sequuta est mors supradicti D. Scipionis Piccolominei; & proinde cum euenerit casus, & tempus, in quo agi potest non solum de purificatione fideicommissi in dicto casu contrauentionis, verum etiam in casu mortis, super his duobus casibus dicta familia originaria, & multi alij prætendentes tàm super bonis fideicommisso subiectis, quàm contra hæreditatem præ-

24 fati D. Scipionis, præces porrexerunt † Serenissimo D. Cosmo Magno Duci Quarto, à quo sub die 21. Mensis Iulij 1610. emanauit rescriptum, in actis præsentatum. Quod quidem ex omni parte iustissimum, atque laudatissimum est, tanquam ab eo procedēs, qui in regiminis sui initio, & in primo ætatis flore Auita, Paternaq. heroica gesta, prudentiam, atque erga omnes pietatem æmulatur.

Cumq. dicti de originaria Piccolomineorum familia benignum hoc rescriptum hilari, ac reuerenti animo acceptassent, tum sæpè, atque iteratis sermonibus, & scripturis, insolitas, inauditas, atque vberrimas conditiones dictis DD. Piccolomineis à Catarina prodeuntibus, etiam in casu eorum succumbentiæ obtulerunt; dummodo hæc causa amicabiliter per compromissum finiretur, oblationibus tamen omninò reiectis, nihil aliud, & voce, & scriptis illi non sine omnium admiratione responderunt, nisi se malle Rotale discrimen subire, quàm etiam si consequuta prius, iuxta oblationem, non solum dimidia, sed etiam dici potest longè maiori, victoriæ parte, proposito compromisso consentire, atque huiusmodi Piccolomineorum originariorum liberalitate frui.

Demum originarij prædicti, ne à memoratis legatis caderēt,

ob suam

ob suam negligentiam,& prædictis Dominis Piccolomineis descendentibus à dictis fratribus Testatoris, & alijs in casu negligentiæ à d. Testatore substitutis in cap.92 eius testamenti,maximo cum sui detrimento,locum facerent, causam ex mandato Serenissimi Domini in vtroque capite præstantissimis, & integerrimis Iudicibus delegatam instituere coacti sunt.

25 HIs ita se habentibus, duæ resultant † principales inspectiones,& quæstiones discutiendæ.

Prior est,an per mortem Illustriss. D.Scipionis,qui fuit vltimus ex descendetibus masculis à Siluio,& Aenea filijs Testatoris, dicendum sit extitisse, & purificatam fuisse conditionem, ad fauorē familiæ Piccolomineæ in bonis Porronæ,& alijs,de quibus iure legati fuerat dispositum in 7. cap. Codicillorum.

Secunda,posito,quòd fuerit purificata conditio, quoniam familia Piccolominea consistit ex familia antiqua, & originaria, & ex familia aggregata, vt supra in præsuppositis demōstratum fuit, perscrutabimur quænam ex his vocata dicatur. An scilicet familia originaria. An verò aggregata. An vtraque coniunctim.

Circa priorem inspectionem pro negatiua,quòd non fuerit purificata conditio ad fauorem Piccolomineæ familiæ, videbatur afferri posse,dubitandi causa (vt pars aduersa superioribus annis

26 dicebat) quòd qui fundat se † in substitutione, debet probare qualitates vocationis in sui personam concurrere, aliàs repellitur exceptione, quod in eo casu,& in eius persona substitutio non loquatur,*Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in tit. de testam. §. 1. vers. occurrit ad fin. Oldrad. cons. 21. in fin. vers. si autem. Crauett. cons. 161. num. 16. Gabr. cons. 132. num. 36.*

Sed in terminis nostris vocatio familiæ Piccolomineæ in dicto 7.

27 „ Codicillorum † capite,facta fuit sub conditione, casu,quo in „ totum deficeret linea masculina dd. Siluij,& Aeneæ, & substi„ tutorū. Et consequenter sub conditione deficientis lineæ aliorum,quàm Siluij, & Aeneæ; nempè cæterorum substitutorum, qui erant Nepotes,& Pronepotes,descendentes à fratribus dicti Testatoris,& erant substituti in pluribus capitibus Testamenti, ad quæ relationem habent Codicilli in hoc capite, quæ capita apparent ex traditis superius in facti narratione; lineæ autem omnium dictorum fratruum non defecerunt. Superest enim linea Illustriss. Alphonsij Ducis Amalphiæ pronepotis d. D. Testatoris, quæ hodie viget in persona Illustriss. D. Alphonsij Comitis Celani in causa prætendentis. Ideò intrare videtur conclusio, quòd in hoc casu non loquatur substitutio.

Quod

Quod autem ad lineas descendentium à dictis fratribus, referenda sint verba prædicta, ex eo demonstrari posse videtur: quia dum
„ Testator posuit conditionem: Casu quo in totum deficeret li-
„ nea masculina dictorum Siluij,& Aeneæ, vtique his verbis comprehensus fuisse videtur, etiam defectus lineæ eorundem filiorũ masculorum,& descendentium ex eis: Nam † linea Siluij, &
28 Aeneæ vtique non à se ipsis, sed ab eorum filijs dicitur incipere: & per consequens, eorum linea dicitur etiam linea filiorum, *cap. quod dilecto, & c. fin. de consanguinit. & affinit. & ibi gloss. Paul. de Castr. in l. marius nu. 5. C. de procurat. Ruyn. cons. 4. nu. 2. lib. 3. Paris. cons. 74. nu. 2. & 3. lib. 3. Alciat. cons. 46. nu. 16. & 17. lib. 9. Rimin. Iun. cons. 117. nu. 27. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 26. nu. 28.*

Quoniam ergo linea filiorum, & descendentium Siluij, & Aeneæ iam erat expressa, illa verba, & SVBSTITVTORVM, non videntur posse, aut debere referri ad lineam Siluij,& Aeneæ, sed ad lineam aliorum, qui verbis præcedentibus non continebatur.

Et quamuis qualitas illa, & SVBSTITVTORVM, respectu capituli Codicillorum, in quibus posita fuit, non videatur expresse referri posse ad dictos descendentes à fratribus Testatoris, quos non substituit.

29 Tamen isti descendentes † in pluribus testamenti capitibus substituti fuerãt, nempè in 32. 35. 52. 69. 72. & 74. vbi fuerunt substituti dicti nepotes, & pronepotes, & descendentes ab eis, & omnibus adiecta prohibitio alienationis. In capitulo autem 7. Codicillorum, de quo agitur, fuit habita relatio ad capi-
„ tula testamenti his verbis; Cum prohibitione alienationis, &
„ quod non possint aliquo modo alienari, nec vllo vnquam tem-
„ pore; prout in dicto testamento dispositũ est in capitulis pro-
„ hibentibus alienationes, & vbi sunt ordinati substituti, in capi-
„ tulis eiusdem testamenti.

Quoniam ergo ad prædicta capitula testamenti, loquentia de prohibitione alienationis, & vbi sunt ordinati substituti, fit relatio. Ideo perinde esse videtur, ac si in cap. Codicillorum referente fuissent expressi ipsi descendẽtes à fratribus, substituti in
30 cap. relato, cum relata scriptura † esse dicatur in referente cum omnibus suis qualitatibus, *l. Asse toto, ff. de hæred. instituen. Bart. in l. 1. ff. de receptator. Dec. cons. 192. nu. 2. cons. 499. nu. 3. & dicitur inesse, verè, & propriè, Dec. cons. 538. num. 6. & specialiter, & expressè, Paris. cons. 49. in fin. lib. 3. Crauett. cons. 143. nu. 14. Becc. cons. 41. num. 22. & cons. 78. nu. 37.*

Sed

SEd tamen his, & alijs, quæ pro hac parte proponi, & considerari possent, minimè obstantibus, in casu nostro pro affirmatiua intrepidè concludendum existimamus, quòd scilicet fuerit purificata conditio ad fauorem familiæ; Id quod ex infrascriptis clarè demonstrari, & conuinci posse speramus.

31 Et pro fundanda, & clarè firmanda † hac conclusione, duæ principales inspectiones proponendæ, & discutiendæ videntur.

Altera, quòd non posit dici sub verbo, & SVBSTITVTORVM, fuisse positos in conditione dictos descendentes à fratribus Testatoris, & sic Ducem Amalphiæ, & descendentes ab eo, ad effectum faciendi conditionem substitutioni, & vocationi factæ de tota familia Piccolominea, nisi simul verum sit eos in eodem cap. fuisse vocatos, & substitutos in eisdem bonis, de quibus in dicto capitulo disponitur, & eisdem personis, ante familiam prædictam.

Altera, quòd in dicto capitulo dictum Ducem Amalphiæ, & alios descendentes ex dictis fratribus, ante familiam Piccolomineam nequaquam substitutos fuisse dici, aut excogitari possit in bonis, de quibus ibidem disponitur. Vtramque autem conclusionem clarioris demonstrationis, & intelligētiæ gratia, sigillatim, & de per se pertractare, & comprobare conabimur.

32 Et quod attinet † ad primam, considerandum proponimus ante aliquos vocatos, & substitutos, positos esse alios in conditione duppliciter contingere posse, vel quia ponantur vti substituti, & ij ponantur, qui anteriori gradu substituti erant, vel quòd ponantur qui verè non fuerunt substituti. † Et hoc secundum

33 euenit in terminis conclusionis, de qua *per gloss. fin. in l. Lucius, ff. de hared. instit.* Vbi adest conclusio, quòd filij in conditione positi non censeantur vocati, quod axioma verum esse passim DD. affirmant, quos longa serie recenset *Clar. receptar. sentent. in §. testamentum q. 77. Ioseph. de Rust. in tractat. huius conclusionis cap. 2. p. 1. per totum*, vbi innumeros recenset de communi, & magis communi attestantes; Et ideò verè dici, & affirmari potest in casu prædicto, positos esse in conditione eos, qui non fuerunt substituti, sed mediante illa conditione Ius legitimæ successionis intelligitur eis reseruatum, vt declarant *Glos. & DD. superius relati*.

34 Poni etiam accidit † in conditione eos, qui antea fuerunt substituti. Nam substituti priori loco verè dicuntur facere conditionem substitutis post eos vocatis; siquidem donec, & quotiescumque supersunt vocati in priori gradu substitutionis, tunc

sanè non potest esse locus sequentibus substitutionibus, & per consequens nec personis vocatis in dictis substitutionibus *l. peculium, §. fin. & ibi Bart. & DD. ff. de legat. 2. Bursatt. cons. 170. num. 22. Peregr. de fideicomm. art. 15. nu. 10. & 11.* vbi quod substitutus non concurrit cum eo, qui ante illum in priori loco vocatur *per tex. in l. cum in testamento, §. 1. ff. de haeredib. instituen. in l. mater, §. 1. & in l. verbis ciuilibus, ff. de vulgar. & pupillar. vbi not. DD.* Et secundo loco vocatus non potest admitti, nisi euacuato priori gradu: Nam tunc defertur sequenti *l. si Titius, l. cohaeredi in princ. ff. de vulgar. & pup. l. quamdiu, ff. de acquir. haered. l. vnica, §. in pr. & §. pro secundo, & §. sin autem, C. de caduc. tollen.*

Dum ergo praetenditur mediante verbo illo, & SVBSTITVTORVM, positos fuisse in conditione, Ducem Amalphiae, & alios descendentes à dictis fratribus, necesse est probare personas praedictas substitutas fuisse: quia licèt in conditione poni possint
35 etiam, non substituti, & in capitulo, de quo agitur † positi fuerint in conditione filij, & descendẽtes legitimi, & naturales Siluij, & Aeneae, qui non erant substituti; tamen verbum illud, & SVBSTITVTORVM, ostendit clarè personas in conditione positas, & illo verbo designatas, & comprahensas, tamquam non substitutas considerari non posse; sed vti substitutas necessariò habendas, & considerandas esse, ex quo, mediante illo verbo exprimuntur, quòd talem qualitatem, nempè substitutionis earum personae annexam, clarè demonstrat, & explicat; Qualitas
36 † enim nominis, determinans verbum limitare dicitur dispositionem ad illam qualitatem, vt declarat *Surd. decis. 176. nu. 7. & cons. 106. num. 35. post Bart. in l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. substit. & Felyn. in cons. 25. nu. 23. & alios quos allegat.*

Et quamquam in testamento negari non possit, Ducẽ Amalphiae, & alios, vt supra, substitutos fuisse in pluribus capitulis.
37 Tamen dum † Siluio, & Aeneae fuerunt substituti, hoc factum fuit in alijs bonis, quàm Porronae; dum autem substituti fuerũt in bonis Porronae, & caeteris, de quibus in cap. Codicillorum, de quo agitur, non fuerunt substituti Siluio, & Aeneae, sed familiae Piccolomineae, vt euenit in cap. 74. & illic in casu contrauentionis tantùm, non in casu mortis, prout inferius comprobabitur, & clarè demonstrabitur in discussione secundae conclusionis superius propositae. Non ergo poterit adaptari qualitas haec, SVBSTITVTORVM, vt complectatur illos, qui non fuerunt substituti in his bonis, neque his personis, de quibus agitur in memorato cap. 7. neque in eodem casu; Nam cum de illis loquatur

vti substitutis, & cum ea qualitate, quæ limitare dicitur dispositionem, vt paulo ante dictum, & comprobatum fuit, sequitur, quòd sint considerandi vti substituti illis personis, & in illis bonis, & in eodem casu: aliàs non sicut substituti habendi, sed eorum nominibus expressis in conditione ponendi fuissent; non autem sub qualitate illa SVBSTITVTORVM, quæ substitutionē factam designat, & consequenter cum prædictis circumstantijs
38 bonorum, personarum, & casus. Congrua enim fieri debet † relatio ad tradita *per glos. in l. si negocium, C. de negot. gest. Dec. cons. 394. nu. 3. Crauett. cons. 98. nu. 11. Rimin. Iun. cons. 381. nu. 82.* neque fieri debet ad ea, quibus adaptari non potest, & quibus non conuenit, & quando verba non conueniunt, *Rub. cons. 49. col. vltima, vers. non obstant adducta, Gabr. cons. 116. num. 11. lib. 2. Menocch. cons. 220. num. 80.*

Et substitutus ad effectum, vt ponatur in conditione ad exclusionem subsequentis gradus, seu verius ad faciendam conditionem subsequenti gradui, debet esse substitutus in illis bonis, & illis personis contentis in dispositione, in quā fuerunt positi ad faciendam dictam conditionem: aliàs enim nō esset substitutus.
39 Nec sanè substitutus in vno † casu, & in vna re, in alio casu, & re diuersa substitutus dicitur, cum tantum disponat substitutio, quantum loquitur, & in eo casu, rebus, & personis, de quibus verba facit: in alijs autem intret trita illa assertio, quòd substitutio non loquitur, vt probatur *ex traditis per Oldrad. cons. 21. & alios supra relatos in vers. 9. circa priorem.*

Ex quibus firmatam esse existimamus primam illam conclusionem, quam probandam assumpsimus, quòd dici non possit Ducem Amalphiæ, & alios positos fuisse in conditione per illud verbum, & SVBSTITVTORVM, nisi cum hoc præsupposito, quòd fuerint substituti in dicto capitulo Codicillorum.
40 Altera erat, & secunda † conclusio, quòd scilicet in capitulo Codicillorum, de quo agitur, & in bonis in dicto cap. contentis, descendentes à dictis fratribus Testatoris, vt est dictus Dux Amalphiæ, ante familiam Piccolomineam vocati, aut substituti nequaquā fuerint in bonis Porronæ, & alijs expresis in dicto cap.

Id autem verum esse satis demonstrabitur, si ex verbis, & dispositione dicti capituli apparebit, & planum fiet, prædictos neque in casu mortis, neque in casu contrauentionis, nec expresè, aut specificè, nec per relationem ad testamentum ante familiā prædictam, fuisse vocatos, aut substitutos.
41 Et primo, quòd non expresè in casu † mortis, nec etiam in

non casu

casu alienationis fuerit de dictis facta substitutio, clarè probatur ex productione, & inspectione ipsius capituli, in quo non legitur, neque apparet, ipsos fuisse nominatos; Hoc enim argumentandi genere clarè probatur huiusmodi negatiua, quòd dicti descendentes à dictis fratribus substituti nequaquam fuerint *l. titia textores, vbi Bart. ff. de legat. 1. l. fin. C. de rebus credit. Dec. in l. iustum in 4. notab. C. de eden. Cranett. cons. 138. nu. 5. Paris. cons. 12. nu. 60. lib. 2. Natt. cons. 162. nu. 26. Chacher. decis. 173. nu. 7.* & ideo cum non appareat in dicto capitulo de descendentibus à dictis fratribus Testatoris, aut descendentibus ab eis, facta substitutio in casu alienationis, aut mortis, dubio procul concludendum esset non reperiri expressam eorum substitutionem in cap. prædicto.

Quod autem nec etiam per relationem ad testamentum fuerit facta substitutio, vllo casu contrauentionis, aut mortis, clarè etiam patefieri, & comprobari posse putamus. Nam si loquamur de casu mortis, vtique neque de eis expressio, nec pariter aliqua relatio scripta conspicitur.

Quinimo expressè constat facta vocatio, & substitutio priori loco de filijs naturalibus Siluij, & Aeneæ, ordine primo genituræ, deinde de domo tota, & progenie Piccolominea. Ideo fit locus conclusioni, de qua supra, sumptæ ex *tex. d. l. titia textores*, & alijs paulo ante adductis.

Si verò loquamur de casu contrauentionis, & tunc licèt dubitari posse videatur factam fuisse relationem ijs verbis, „ cum „ prohibitione alienationis, &c. mediantibus alijs verbis: Prout
42 „ in dicto testamento suo † dispositum est in capitulis prohiben„ tibus alienationes, & vbi sunt ordinati substituti; siquidem dictionis illius, PROVT, & dictionis illius, IN DICTO SVO TESTAMENTO, vis, & effectus esse dicitur referendi contenta in dictis capitulis *ad tradit. per Bart. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de postul. Dec. cons. 226. in casu ad me transmisso nu. 2. Cranett. cons. 88. nu. 2. Ruyn. cons. 18. nu. 12. lib. 2. Tib. Decian. respon. 4. nu. 2. & resp. 11. nu. 16. vol. 1. & respon. 58. nu. 61. lib. 2.* In capitulis autem prædictis, descendentes à dictis fratribus substituti fuisse dicuntur.

Tamen vigore huius relationis nequaquam inferri posse censemus nepotes, seu pronepotes ex dictis fratribus, & descendentibus ab eis, aut in casu alienationis, aut in casu mortis in 7. capitulo prædicto Codicillorum fuisse vocatos, aut substitutos.
43 Pro cuius conclusionis comprobatione, illud primo loco † animaduertendum esse arbitramur, quòd relatio Codicillorum nō ad capitulum, sed ad capitula testamenti facta fuisse dicitur, &

non

non simpliciter ad capitula, sed ad capitula prohibentia alienationes, & per consequens, cum fuerit facta expressio † in plurali numero, tàm respectu capitulorum, quàm respectu alienationum, dicendum erit non ad vnum capitulum tantùm, nec ad vnam prohibitionem alienationis, sed ad plura capitula, & ad plures prohibitiones alienationum, relationem factam fuisse; *l. vbi numerus, ff. de testib. Bart. in l. fin. in fin. ff. ad trebell. Curt. Iun. cons. 22. nu. 8. Menoch. cons. 50. nu. 19. Surd. decis. 202. nu. 14. & decis. 210. num. 9.*

44

Et non solum est habita relatio ad plura capitula prohibentia alienationes, sed ad capitula etiam, Vbi sunt ordinati substituti in capitulis eiusdem testamenti. Et sic considerat Testator tamquam diuersa capitula prohibentia alienationes, & capitula, vbi sunt ordinati substituti, dum dicit, In capitulis prohibentibus alienationes, & vbi sunt ordinati substituti.

45 Siquidem dictio illa, ET, posita inter † capitula prohibentia alienationes, & inter ea, vbi sunt ordinati substituti, denotat diuersitatem dictorum capitulorum, & ostendit diuersa esse capitula, in quibus prohibentur alienationes, & in quibus ordinantur substituti, *l. vlt. C. per quas person. nob. acqu. not. glos. in rubr. ff. de iur. & fact. ignor. Dyn. in cap. 3. de reg. iur. in 6. Paris. cons. 7. num. 30. lib. 3. Tiber. Dec. resp. 25. nu. 16. lib. 2.*

Et quidem capitula alienationes prohibentia, & ea, in quibus sunt ordinati substituti, diuersa existunt, siquidem in prohibentibus alienationes non adest generalis ordinatio substitutorum in casu alienationis, sed specialis substitutio in casu mortis respectu bonorum in singulis capitibus expressorum. Generalis autem ordinatio substitutorum in casu alienationis apparet in cap. 98. & 100. testamenti.

In capitulo enim 98. in casu alienationis disposuit Testator in fauorem fæminarum, quòd habere debeant de bonis alienatis duplum eius, quod habuerunt pro dotibus suis.

In capitulo autem 100. in casu alienationis, voluit, quòd omnis alienatio, quæ fieret, sit, & esse intelligatur nulla ipso iure, & immediatè succedat in dictis bonis alius, & sequens proximus institutus, seu substitutus. In capitulis ergo prohibentibus alienationes erit relatio ad plura capitula, de quibus supra. In alijs autem, in quibus sunt ordinati substituti, relatio erit ad capitula 98. & 100. testamenti de per se ordinantia substitutos, & prouidentia generaliter fæminas in casu cuiuscumque alienationis, & quorumcumque bonorum, & per consequens vigore huius

relationis dicendum erit, illud fuisse dispositum; nempè, quòd in casu alienationis de bonis Porronæ, prohibitæ Siluio, & Aeneæ succedat ille, qui dicto Siluio, & Aeneæ in casu mortis fuerit substitutus, & in dicto casu fæminæ duplum habere debeant, vt supra. Ita enim disponunt dicta capitula 98. & 100. non autem absolutè quicquam dispositum fuit, quod succedant dicti nepotes, aut pronepotes ex fratribus ipsius Testatoris, & eorũ descendentes in prædicto alienationis casu.

Et quod in capitulis 32. 35. 52. 69. 72. & 74. fuerit facta substitutio de nepotibus, & pronepotibus ex dictis fratribus, & descendentibus ab eis, vt erat Dux Amalphiæ, hoc minimè operatur, vt idem dicendum sit in casu, de quo agitur, in quo ad omnia prædicta capitula, & ad capitula etiam 98. & 100. relatio habita fuit. Namq. vbi ad plura capitula diuersimodè disponentia, de diuersis rebus, & diuersis personis grauatis, & honoratis relatio fieri dicitur, non respectu omnium qualitatum, &
46 personarum † habenda est, sed reddita singulorum singulis congrua relatione, prout fieri debet, quando sunt plura relata, *vt probatur ex traditis per Glos. in l. si negocium, C. de negoc. gest. Dec. cons. 394. nu. 3. Cranett. cons. 98. nu. 11. Rimin. iun. cons. 381. nu. 82.*

Et hæc applicando ad terminos nostros, animaduertendum est in prohibitione alienationis (quatenus ad rem nostrã) quat-
47 tuor terminos posse considerari, nempè † Conceptionem verborum, quibus ipsa alienationis prohibitio exprimitur. Bona, quæ prohibentur alienari. Personam grauatam, & prohibitam, Item & Honoratam.

Et quidem respectu qualitatis respicientis conceptionem verborum, quibus facta fuit substitutio, dicendum erit, Testatorem sese retulisse ad omnia testamenti capitula, quibus verba
» alienationis prohibitiua specificè exprimuntur, vt scilicet, Non
» possint vendi, hipothecari, in dotem tradi, seu aliquouis modo,
» vel quæsito colore distrahi, aut alienari. Et in quibus capitulis liquidò patet, prohibitionem factam fuisse Siluio, & Aeneæ, & descendentibus ab eis, excepto capitulo 74. vbi facta fuit familiæ. Et ideo etiam respectu personæ grauatæ, & prohibitæ ad eadem capitula dicendum erit congruè relationem fieri posse. Respectu autem bonorum, non ad capitula prædicta, sed ad capitulum 74. in quo de bonis Porronæ, & alijs expressis in Codicillis in capitulo 7. dispositum fuit, relationem habitam fuisse dicendum erit, nimirum, vt de eisdem bonis Porronæ alienari prohibitis respectu familiæ in dicto capitulo 74. prohibita sit

alie-

alienatio respectu Siluij, & Aeneæ in capitulo Codicillorum prædicto. Ita enim congruit relatio respectu dicti capituli 74. Respectu autem Personarum honoratarum, & vocatarum in casu alienationis, asserendum erit ad capitulum 98. & 100. relationem esse fiendam, in quibus de personis vocatis, & honoratis agitur, vt planè in casu alienationis ille vocatus dicatur, & immediatè succedat, qui sequenti proximo loco fuerat institutus, seu substitutus, & quòd in duplo, respectu dotis dicantur honoratæ, & vocatæ filiæ fœminæ in bonis prædictis. Ita enim apta fit relatio ad capitula, non solum, vbi sunt prohibitæ alienationes, sed ad ea etiam, vbi sunt ordinati substituti, in capitulis eiusdem testamenti, iuxta modum, & formam traditam in dictis Codicillis; & ita referendo apparet de dictis pronepotibus, & nepotibus ex fratribus Testatoris, vel descendentibus ab eis, & sic de Duce Amalphiæ, nullam factam fuisse substitutionem in capitulo Codicillorum non solum expresè (quod clarè patet) sed nec etiam per relationem, vt dubitando proponebatur, sed tantùm fuisse dispositum in hunc tenorem, quod sicuti fuerat facta prohibitio alienandi Siluio, & Aeneæ, alijsq. substitutis in pluribus Capitibus testamenti, respectu aliorum bonorum, ita fiat prohibitio eisdem respectu Porronæ, aliorumq. contentorum in 7. Codicillorum capitulo: Et quemadmodum in cap. 98. & 100. fit prouisio in casu cuiuscumque alienationis ad fauorem aliorum vocatorum, & successiuè institutorum, necnon ad fauorem fœminarum pro duplicandis dotibus. Ita seruandum sit in bonis Porronæ, & alijs, de quibus in dicto capitulo, videlicet, vt in casu alienationis is admitteretur, qui erat in casu mortis vocatus, & sic prouidet, & disponit de substitutis, & vocatis in casu alienationis per relationem ad dicta duo capitula 98. & 100. vt fuit superius conclusum.

Accedit prædictis pro confirmatione (& sit hoc secundum fundamentum) quo clarè probatur per relationem non intelligi vocatos, aut substitutos in Codicillis dictos nepotes, aut pronepotes ex fratribus Testatoris, aut ab eis descendentes, quia in testamento, siue inspiciamus capitula, quæ præcedunt cap. 74. & filij naturales Siluij, & Aeneæ non fuerunt vocati, neque substituti, siue inspiciamus d.cap.74. & neque Siluius, aut Aeneas, neque etiam eorum filij legitimi, & naturales vocati, aut substituti fuerunt in casu contrauentionis, sed Dux Amalphiæ, Marchio Lecceti, & alij ibi nominati. At in Codicillis fuit facta substitutio expressa in defectu lineæ masculinæ filiorum legitimorum

rum, de filijs naturalibus Siluij, & Aeneæ ordine primogenituræ. Ergo de necessitate dicendum est, relationem in ipsis Codicillis non fuisse factam, respectu substitutorum ad capitula prædicta testamenti prohibentia alienationes. Nam si ad ea facta fuisset, foret dicendum, substitutos fuisse dictos descendentes à fratribus Testatoris, non filios Siluij, & Aeneæ, neque legitimos neque naturales: Et tamen filij naturales expresse leguntur substituti in Codicillis post filios legitimos, qui filij legitimi positi sunt in conditione ad exclusionem naturalium, de quibus in testamento numquam fuit facta mentio. Cum igitur soli filij, & descendentes masculi legitimi faciant cōditionem naturalibus, dicendum est, alios non fuisse vocatos ante eos, & sic non Ducē Amalphiæ, neque cæteros descendentes à dictis fratribus Testatoris, quia si isti vocati fuissent, facerent conditionem naturalibus; non autem filij legitimi, qui verè conditionem eis faciunt, & hinc sequeretur, quòd isti legitimi facerent conditionem dicto Duci Amalphiæ, & dictis alijs descendentibus à fratribus, & illi deinde, filijs naturalibus (quod est omnino falsum) cum in Codicillis legitimi faciāt immediatè conditionem naturalibus. Ergo sequitur, quòd relatio, quoad hoc caput substitutionis, nō fuerit ad capitula prædicta: quia circa expressa, & clarè disposita in † referente non potest relatio intelligi facta ad scripturā relatam, in qua diuersimodè fuerit facta dispositio, *l. 1. §. lex falcidia, ff. ad leg. falcid. Alex. cons. 81. nu. 11. lib. 6.*

48

Quinimo dicēdum ad omnia alia habitam fuisse relationem, 49 præterquam † ad ea, quæ expressè disposita fuerunt in scriptura referente, *Paris. cons. 39. nu. 18. lib. 1. Becc. cons. 101. nu. 78. & 79.* & per consequens dicendum erit ad capitula 98. & 100. circa hoc caput relationem factam fuisse, quæ ad alia capitula præcedentia diuerso modo disponentia nullo pacto adaptari posset, vt supra demonstratum est.

Sed & eadem conclusio tertio loco euidenter conuinci, & demonstrari posse videtur, quia in Codicillis dictum fuit, quòd deficiente linea masculina Siluij, & Aeneæ, & substitutorum, succederet domus tota, & progenies Piccolominea, eo modo, & ordine, prout in dicto suo testamento declaratum est. Si ergo sit facienda relatio ad capitulum 74. vtique in omnibus alijs, præterquam in ademptione bonorum facta familiæ, & legato Siluio, & Aeneæ relicto, de dictis bonis dicendum erit, seruandam esse dispositionem dicti testamenti in dicto capitulo, sed quod attinet respectu familiæ, & Ducis Amalphiæ, & aliorum, cla-

rum

rum est, quòd in testamento familia illis præfertur.

Ergo idem dicendum erit obseruari debere in Codicillis, supposita relatione facta dicto capitulo, & exaduerso prætensa, nõ ergo poterit sumi interpretatio, quòd fuerint per hanc relationem substituti Dux Amalphiæ, & alij post descendentiam Siluij, & Aeneæ, & post eos, familia, quia repugnaret hoc dispositioni dicti capituli 74. vbi præfertur familia. Ideoque hæc intelligentia verbis Codicillorum ex vi dictæ relationis applicari non potest, quia relatio operatur relatum esse in referente cum omnibus qualitatibus, vt supra comprobatum fuit, & per consequens cum hac qualitate, quòd familia præferenda sit, & pon-
50 derentur verba illa, Eo modo, † & ordine, prout in dicto testamento dispositum, & declaratum est; quæ operari videntur relationem, non solum personarum, sed etiam ordinis, eo modo, quo infra dicemus, vt probatur ex traditis *per Tiber. Decia. respon. 84. nu. 15. lib. 3.*

Sed & quarto loco eadem conclusio probari posse videtur:
51 quia quando † voluit substituere filios naturales, & familiam, clarè expressit, & specificis verbis; ergo dicendum est, quòd ex quo, nec Ducem Amalphiæ, aut alios nominauit, neque eos vocauit, quòd non intellexerit illos substituere, quia facile fuisset Testatori hoc exprimere, *l. 1. §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. quo argumentandi genere vtitur, Anan. cons. 82. Ancar. cons. 120. nu. 4. Ias. cons. 142. nu. 24. 28. 29. vol. 2. Paris. cons. 35. nu. 17. vol. 3. Soccin. iun. cons. 158. nu. 47. vol. 2. Ang. cons. 64. lib. 6. nu. 14. Cephal. cons. 134. nu. 42. lib. 1. Mantic. de coniectur. lib. 6. tit. 13. nu. 8.*

Neque verisimile est, quòd substitutionem hanc facere voluerit, cum non expresserit: Erat enim digna speciali nota, & ex-
52 pressione: Ideoque † cum fuerit omissa, censetur fuisse neglecta, nec videtur ad obscura argumenta recurrendum ad illã inducendam, *l. item apud Labeonem, §. hoc edictum, ff. de iniur. Corn. cons. 312. nu. 33. vers. nec est verisimile; lib. 1. cons. 290. nu. 5. lib. 3. Grauett. cons. 234. nu. 3. cons. 297. nu. 6. vers. Duodecimo domus; Becc. cons. 101. num. 43.*

Ex quibus clarè apparet probatum, quod supra probandum assumpsimus, quòd scilicet in cap. Codicillorum, nec expressè, neque per relationem fuerint substituti in bonis Porronæ, nec dd. nepotes, aut pronepotes Testatoris, neque ab eis descendentes, & per consequens, nec Dux Amalphiæ. Neque obstant verba illa, Casu, quo in totum deficeret linea masculina dictorum Siluij, & Aeneæ, & substitutorum, ponderando, quòd verbum

illud SVBSTITVTORVM, ad alios referri debeat, quàm ad filios, & descendentes à Siluio, & Aenea, vt supra in rationibus dubitandi, versiculo. Quod autem ad lineas, sub nu. 27.

Nam pro responsione proponitur considerandum, quòd in dicto capitulo Codicillorum in versiculo, Et casu quo (quod
53 Deus auertat) fuit posita prima † substitutio, quæ duas continet partes, Alteram, quæ respicit conditionem, quæ concipitur In casu, quo deficeret linea masculina legitima, & naturalis Siluij, & Aeneæ, Alteram, quæ continet personas substitutas. In ea autem sunt filij naturales, & eorum descendentes. Filij ergo Siluij, & Aeneæ legitimi, & naturales solum positi fuere in conditione, non autem substituti, sed eis Testator præseruare voluit ius legitimæ successionis ab intestato ex vulgata conclusione, de qua *per glos. in l. Lucius, la 2. in glos. fin. ff. de hered. instituen. communiter à DD. receptam, & approbatam*. Filij autem naturales, & eorum descendentes fuerunt expressè vocati, & substituti, vt clarè legitur, & exprimitur in d. capitulo 7. Codicillorum.

Dum ergo in vltima parte dicti capituli dixit, Casu quo in totum deficeret linea masculina dictorum Siluij, & Aeneæ; his sanè verbis ad differentiam alterius, quod statim subsequitur, & SVBSTITVTORVM, debet intelligi de linea masculina, legitima, & naturalis, quæ non fuerat substituta, sed in conditione posita, & verbum illud, & SVBSTITVTORVM, de linea naturalium, qui fuerunt substituti, & sic erit differentia inter vnum, & alterum casum: quia & de positis in conditione, & de substitutis conditio disponit, & ita intelligenda erit; Neque poterit intelligi de nepotibus, aut pronepotibus Testatoris, & sic de Duce Amalphiæ, qui non fuerunt substituti in hoc capitulo, vt supra clarè deductum, & comprobatum fuit.

Et quamquam linea Siluij, & Aeneæ sit etiam linea filiorum, & descendentium ab eis; & ideo non fuisset fortè necessarium exprimere lineas filiorum naturalium alia speciali expressione designata per illud verbum SVBSTITVTORVM, tamen veritas
54 est, quod quilibet ex filijs est caput, † & principium suæ lineæ, quorum vna ab altera est diuersa, & à quolibet inchoatur noua linea, & tot esse dicuntur, quot sunt filij, *glos. 2. in c. quod dilecto. de consanguinit. & affinit. & in c. fin. eodem tit. & probatur in cap. 1. de nat. success. feud. tradit. Hostiens. in summa de consanguin. & affin. vers. quot sunt lineæ, & post eum, Ruyn. cons. 98. nu. 3. vers. sed præmissis lib. 1. & cons. 23. nu. 4. lib. 3. Menoch. cons. 205. nu. 19.* Non ergo repugnat, quòd Testator posuerit in conditione lineam Siluij, & Aeneæ,

& li-

„ & lineam etiam filiorum naturalium, illam his verbis. Et ca-
„ ſu, quo deficiat linea maſculina dictorum Siluij, & Aneæ, hanc
illo verbo, & SVBSTITVTORVM, quia verè filiorum naturalium
linea, licèt ſit linea patris; eſt tamen etiam linea eorundem, &
differens ab alijs lineis aliorum filiorum, & deſcendentium.

Et quamquam poſſet fortè cõſiderari ſuperfluitas in expreſ-
ſione dictæ lineæ filiorum naturalium facta illo verbo, SVBSTI-
55 TVTORVM, non per hoc dicendum erit recedendum eſſe † à cla-
ris ipſorum Codicillorum verbis, & quæ certam, & determina-
tam habent ſignificationem; tunc enim ceſſant omnes aliæ con-
iecturæ, & interpretationes, *Bart. in l. in ambiguo nu. 3. vbi Barth. Socc.
nu. 7. verſ. octaua concluſio, ff. de reb. dub. Alex. conſ. 55. nu. 8. lib. 3. & pul-
chrè conſ. 139. nu. 5. lib. 6. Crauett. conſ. 161. nu. 13. Iaſ. conſ. 56. nu. 26.
vol. 3. Dec. in l. in ambiguis nu. 3. ff. de reg. iur. Rebuff. in l. nominis, & rei
col. 6. verſ. notandum eſt, & in l. in conuentionibus col. 1. verſ. 2. flectitur
regula, ff. de verb. ſignific. Menoch. poſt alios de præſumpt. lib. 1. q. 26. nu. 3.*

56 Et ideo argumentum † à ſuperfluitate, quod eſt valde debi-
le, & infirmum, vt declarat *Alciat. in l. 3. ff. de legat. 1. Mant. de con-
iect. vlt. volunt. lib. 8. tit. vlt. nu. 24. Peregr. de fideicomm. art. 14. nu. 21.*
non debet operari contra vim verborum, & expreſſam Teſtato-
ris mentem. Quinimo ex inculcatione verborum, non eſt rece-
dendum à verbis, & mente Teſtatoris, quia non poſſunt dici ſu-
57 perflua, quæ ad tollendam † ſophiſticam interpretationẽ fue-
runt expreſſa, *vt poſt Ioan. Andr. Felyn. & Iaſ. quos allegat, tradit Man-
tic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 6. nu. 7.* Et ſuperfluum non
58 dicitur id, quod ratione † maioris explicationis, & dubitatio-
nis tollendæ adijcitur, *l. quæ dubitationes, & ibi Dec. ff. de reg. iur.
Gabr. conſ. 69. nu. 47. lib. 2. Mant. & Peregr. in locis ſuperius allegatis.*

Ex quibus ſatis concludenter iuſtificatam ſperamus hanc concluſionem, quòd in cap. Codicillorum in bonis, de quibus agitur de nepotibus, aut pronepotibus d. D. Teſtatoris, & deſcendentibus ab eis, nequaquam fuerit facta ſubſtitutio ante familiam Piccolomineam ex firmatis in præcedenti concluſione, quod verbum, SVBSTITVTORVM, ad Ducẽ Amalphiæ, & alios nepotes Teſtatoris referri non poſſit, niſi probetur, illos fuiſſe ſubſtitutos ante dictam familiam, in Codicillis, & in bonis, de quibus ibi diſponitur. Reſultat ergo, quòd conditio poſita in dicto cap. 7. Codicillorum reſpectu familiæ Piccolomineæ fuerit concepta in caſu tantùm deficientis lineæ maſculinæ legitimæ, & naturalis Siluij, & Aneæ, & in caſu deficientis lineæ filiorum naturalium eorumdem Siluij, & Aneæ, qui fuerant ſub-

ſtituti

ſtituti legitimis, & naturalibus, & non fuerant poſiti in d. conditione ante familiam, neque Dux Amalphiæ, neque cæteri ſequentes, vtpotè non ſubſtituti.

Et ideo cum per mortem Illuſtriſs. D. Scipionis vltimi ex deſcendentibus maſculis legitimis, & naturalibus defecerit linea legitima, & naturalis Siluij, & Aeneæ, Et ex deſcendentibus naturalibus nulli ſuperſint, ſequitur validè munitam fuiſſe priorem, & principalem concluſionem, quam probandam aſſumpſimus, quod iam extiterit, & ad fauorem totius familiæ Piccolomineæ purificata fuerit fideicommiſſi conditio.

NVnc accedendo ad ſecundam inſpectionem, initio propoſitã, occurrit inueſtigandum, num familia Piccolomineorum antiqua, & originaria, an vero huic aggregata, ſeu ipſius alumna,
59 vt eam Pius II. Pont. Max. appellat, vel potius vtraque † vocata fuerit ad fideicommiſſum. Et familiæ originariæ excluſionem infraſcriptæ rationes ex aduerſo iam pridem conſideratæ, primo intuitu perſuadere videbantur.

Prima, quia familiæ vocatio pendet ex vocatione facta in cap. 74. teſtamenti, ad quod habent relationem Codicilli ſub cap. 7. in illis verbis. Tunc & eo caſu ſuccedat domus tota, & progenies
,, Piccolominea, eo modo, & ordine, prout in dicto ſuo teſtamen-
,, to diſpoſitum, & declaratum eſt. Hæc etenim relatio operatur, (vt alias dictum fuit) omnes qualitates in relato expreſſas cenſeri ineſſe in referẽte: Qualitates autem in cap. 74. continentur
,, his præcisè verbis. Reliquit, & legauit toti domui, ſiue proge-
,, niei de Piccolominibus, videlicet maſculis legitimis, & naturali-
,, bus, natis ex ſtirpe, & ſanguine Piccolomineorum, & ex ſtirpe,
,, & ſanguine fæl. mem. Pij II. & III.

60 Requiritur ergo, quòd familia Piccolominea † probet has
,, qualitates, quòd ſcilicet ſit ex ſtirpe, & ſanguine Piccolomineo-
,, rum, & ex ſtirpe, & ſanguine Pij II. & Pij III. hæc etenim qualitates cum coniunctiuè exprimantur, concurſus omnium neceſſarius eſt, *l. ſi hæredi plures, ff. de condit. inſtit. §. penult. inſtit. de hæred. inſtit. l. ſi quis ita ſtipulatus, ff. de verb. oblig. Dec. conſ. 417. nu. 1.*

61 Copulatiua enim ET requirere videtur vnionem † omniũ copulatorum, *vt probat text. in l. quamuis, C. de impub. & à l. ſubſt. & paſſ. Saccin. & Dec. quos allegat, tradit Tiber. Decian. reſp. 29. nu. 21. lib. 1. Cacher. deciſ. 71. nu. 66.* Et in ſubſtitutione ſi non probet actor,
62 † & prætendens qualitates vocationis in ſui perſonam concurrere, repellitur ea exceptione, quia ſubſtitutio de eo non loquitur, *Oldrad. d. conſ. 21. in fin. verſ. ſi autem, Ioan. Andr. in addit. ad Speculum*

[illegible] de testam. §. [illegible] vers. [illegible] Crauett. conf. [illegible] 1. num. 18. Gabr. consil. 32. nu. 30.

In casu autem nostro clarè apparet cessare, respectu familiæ hodie Agentis, qualitatem hanc, quòd sit ex stirpe, & sanguine Pij II. quippe quia siue effectiuè, siue contentiuè accipiamus verba hæc, DE STIRPE, ET SANGVINE, neutro ex his modis prætendere potest originaria familia se esse ex stirpe, & sanguine Pij II. cum à familia Todeschina eius stirps originem duxerit. Ideoq; non videtur posse prætēdere antiqua se esse ex ijs, à quibus descendit Nannes de Todeschinis, quo pacto intelligitur quis esse de linea alterius contentiuè accipiendo, vt inferius demonstrabitur.

Secunda dubitandi ratio ex suppositis supra in facto elicitur, nimirum quatuor esse Piccolomineorum familias, alteram, quàm originariam, siue antiquam diximus; alteram ex Laudomia sorore Pij II. prouenientem, quæ additamentum cognominis Aragoniæ de Castella assumpsit, & aggregata originariæ fuit, quam aggregatam, seu alumnam supra nominauimus. Huic proximè accedunt tertio loco descendentes ex Catarina alia eiusdem Sum. Pont. sorore, qui & ipsi ab eo in eandem familiam asciti sunt, & vulgò, Delle Papesse, nuncupabantur. Quartum verò est aggregatorum, sed pænitus extraneorum eidem familiæ genus, quòd nulla discriminis nota, simpliciter de Piccolominibus appellatur.

Hac supposita diuersitate videtur dubitari posse, quòd licèt

63 loquatur † Testator de tota domo, & progenie Piccolominea, tamen sit restringenda eius vocatio, vt non comprænhendat ex dictis familijs eam, cui qualitates appositæ non conueniunt, ponderando maximè dictionem illam, VIDELICET MASCVLIS, quæ posita esse dicitur restrictiuè, *Bart. in l. quæsitum, §. si quis fundum, col. 4. vers. aut fuit facta commemoratio, ff. de fund. instruct. & instrum. legat. Ias. in l. tempus, ff. de re indicat. Paris. cons. 17. nu. 38. lib. 3. Tiber. Dec. resp. 56. nu. 6. lib. 3. Simon de prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. pag. 176. nu. 63.*

Atque ideo restringendo vniuersalitatem dicti verbi, TOTIVS DOMVS, ET FAMILIAE habere videtur relationē ad eam, cui qualitates congruunt, vel magis adaptantur.

Item ponderando, quòd respectu Testatoris domus Piccolominea, intelligendo de aggregata, de Aragonia, propria est eius familia, & quæ complectitur descendentes ab eo. Altera verò, quò ad se, pænitus extranea censetur. Ideoque præsumendum

64 est in dubio † prædilectam fuisse nedum propriam familiam, verum etiam ex ea descendentes, longè magis quàm sint alij ex familijs extraneis, vt colligi, & probari posse videtur, *ex tex. in l. cum auus, ff. de cond. & demonstr. in l. cum acutissimi, C. de fideicomm. &*
65 *ibi not. Glos. & Doct. vbi Bald. ait, quod ordinata charitas † præfert suos extera nationi.*

Maximèq. hoc verum existimatur in casibus, in quibus à Testatore apparet habitam fuisse rationem conseruandæ agnationis. Tunc enim præferuntur masculi de familia Testatoris alijs
66 masculis de aliena, adeò vt dicant Doct. quòd licèt † regulariter masculi descendentes ex fæminis contineantur appellatione descendentium masculorum. Tamen hoc verum sit in casu, quo non appareat per Testatorem habitam fuisse rationē conseruandæ agnationis; nam in eo casu veniunt masculi tantùm de familia, non autem alij masculi, *Fulg. cons. 85. Paul. de Castr. cons. 91. nu. 4. vol. 2. & in l. 1. nu. 3. C. de condit. insert. Soccin. sen. in l. Gallus, §. nunc de lege, nu. 5. vers. quam tamen dupliciter limita, ff. de lib. & posth. Ruyn. cons. 120. nu. 8. & 9. cons. 49. num. 2. vers. sed tamen præmissis lib. 1. Rub. Alex. cons. 22. nu. 11. vers. 4. casus, Tiraq. de iure primogen. q. 13. nu. 11. Alba. cons. 86. nu. 4. & 5. Surd. latè consil. 308. in primo dubio, Card. Mant. de coniectur. lib. 8. tit. 18. nu. 17. & nu. 20. Molin. de hispan. primogen. lib. 3. cap. 5. nu. 45. & num. 48.*

67 Tertio ex his, quæ nuper † audiuimus cumulatè fuisse congesta, per aduersam partem, aliam afferimus dubitandi rationē, quòd scilicet prædicti capituli 7. Codicillorum relatio sit petenda ex cap. 52. 69. & 72. testamenti, in quibus non familia Piccolomineorum originaria, sed aggregata, eaq. non simul vniuersa, sed gradatim vocata fuit; quemadmodum in cap. 52. & 35. eiusdē testamenti, vbi ad fideicommissum Castri Montis Marciani sigillatim, ac specificè vocati sunt omnes de familia aggregata. Ita quoque ijdem videri debent celeritate loquendi sub nomine collectiuo admissi, in d. cap. 52. & in alijs duobus supra nominatis, in quibus tota Piccolominea domus per lineam masculinam descendens, substituta apparet, & sic eædem personæ per tacitam repetitionem censebuntur nominatim enumeratæ, *Bart. in l. Seia, §. Caio, nu. 1. ff. de fun. instructo, Aret. cons. 1. nu. 2.*

Quarto ponderatur citatum cap. 69. in fine, vbi Testator in legato tenimenti Bibiani ad fauorem Aeneæ, & descendentium, & post eos Siluij, & liberorum, & ijs deficientibus, ad fauorem filiorum Andreæ; postremo loco substituit totam domum, & progeniem Piccolomineam per lineam masculinam, hæc verba

„ subijciens; prout aliàs in successionibus declaratum est in capi-
68 „ tulis supra in testamento contentis. Si ergo † ex dictione, PROVT, quæ est relatiua, & demonstratiua, *Ang. cons. 11. num. 4. Alex. cons. 81. nu. 8. lib. 6.* fit demonstratio, non ad vnum capitulũ, sed ad plura, in quibus tota domus Piccolominea vocata sit, vtique non ad solum capitulum 52. in quo per nomen collectiuum similiter eam vocauit, sed ad cap. 32. & 35. vbi singulos de familia nominauit, erit facienda relatio, sed ibi complexus est totam familiam aggregatam; ergo & in cap. 69. de quo nunc
69 agimus, cum † pluralis numerus in singulari verificari non possit, sed duo saltem requirat, *l. vbi numerus, ff. de testib.* cum alijs ad hoc in præcedenti quæstione allegatis.

Quinto perpenditur prohibitio per d. Testatorem inserta, ne alie-
70 natio fiat, nisi ad vitam † vnius, sicut legitur in capitulo 72. & clarius ad mentem aduersariorum in capitulo 74. circa legatum Castri Porronæ, & Palatij noui, de quibus agimus, quatenus ille præcepit, ne alienentur in totum, vel in partem, perpetuò, nisi ad vitam vnius tantùm, & non ad vitam plurium successiuè succedentium, quæ verba præsupponunt inter plures, de tota Piccolominea familia vocatos, seruandam esse successionem gradatim. *toto tit. ff. de success. edic. Socc. in l. Gallus, §. quidam rectè, nu. 4. ff. de lib. & posthum. Ias. in l. vlt. C. de verb. signif. Alba, cons. 334. nu. 2.* Et sic inter eos subintelligi ordinatam eamdem substitutionum seriem, quæ in cap. 32. & 35. & cum in eodem ipso cap. 74. fuerit vocata tota familia Piccolominea, videtur nouo argumento euidenter confirmari prima ratio dubitandi supra proposita, vt verba immediatè subiecta, Videlicet masculis legitimis, & naturalibus, natis ex stirpe, &c. stent declaratiuè, & restrictiuè ad indicandam solam progeniem aggregatam, in qua facilius poterant dari substitutionum gradus (sicut bis ordinati fuerunt) quam in familia antiqua valdè numerosa, & ex qua Testator non erat oriundus, nec vllam in ea sobolem, aut
71 descendentiam habebat, cui † gradatim prospiceret, *Alex. cons. 213. nu. 2. & 3. lib. 3. Socc. cons. 6. lib. 3. Dec. cons. 1. nu. 5. cons. 79. col. 1. cons. 527. & cons. 546. Ias. d. l. vlt. nu. 25. & cons. 115. lib. 2. & cons. 159. lib. 4. Paris. cons. 3. nu. 38. lib. 1. & cons. 36. nu. 2. lib. 2. Ruyn. cons. 142. nu. 15. lib. 3.*

Sextam dubitandi rationem pars opposita desumit ex cap. prædicto Codicillorum 7. maximam vim faciẽs in ijs verbis circa eius finem collocatis, Succedat domus tota eo modo, & ordine, prout in dicto suo testamento dispositum, & declaratum est.
72 Ordinis enim † nomen non verificatur, nisi in casibus, vbi sit

dare

dare prius, & posterius, *§. si quis autem non implens, Auth. de hæred. & falcid. Castren. cons. 411. viso facto in pr. lib. 1.* ergo non omnium de dicta domo intelligitur simultanea substitutio, sed vnius post alium, & cum quo ad ordinem fiat relatio ad dispositionē testamentariam, non potest videri Testator spectasse alia testamenti loca, quàm dicta duo capitula, sigillatim eiusmodi ordi-
73 nem † continētia, cuius (vt diximus) est incapax familia originaria tamquam distans à Testatore, cum in ea non sit dare ordinem charitatis, nec ordinem succedendi ab intestato, qui creditur in dubio à Testatore consideratus, *Dec. cons. 186. nu. 2. Socc. iun. cons. 126. num. 23. lib. 1. Rolan. cons. vlt. num. 12. lib. 1. Menoch. cons. 554. num. 5.*

Augetur argumenti robur ex præcedentibus verbis eiusdem
„ cap. 7. ibi, & quòd non possint aliquo modo alienari, neque
„ vllo vnquam tempore, prout in dicto testamento dispositum
„ est, in capitulis prohibentibus alienationes; & vbi sunt ordinati
„ substituti; ex quibus videtur magis elucere Testatoris intentio, sese referēdi ad dicta duo capitula, in quibus substitutiones ordinauerat inter suos descēdētes, ac cæteros de familia aggregata.

Septimo, & vltimo nonnulli ex DD. Aduocatis aduersis dicta ver-
„ ba, Et vbi sunt ordinati substituti, referunt ad memoratū cap. 74. vbi nominatim prohibita est toti familiæ Piccolomineæ alienatio bonorum Portonæ, & Palatij noui, & in casu alienationis vocati sunt Piccolominei Neapoli degentes, & alij, & sic ijdem censentur per relationem similiter substituti Siluio, & Aeneæ alienantibus, propter maiorem similitudinem, *Dect. in l. de quibus, ff. de leg. Euerar. in loco à simili nu. 9.* Ergo inferunt prædicti Domini, quòd in casu mortis eorundem c[...]ur ijdem dati sub-
74 stituti, non autem familia † antiqua, vel si vocata sit, erit post prædictos admittenda, cum vna substitutio declaret aliam, *Bald. cons. 17. lib. 2. Dec. cons. 227. nu. 2. Crauett. cons. 208. num. 6. & cons. 283. col. 2. vers. Sed præmissis,* Et cum de vno casu ad alium habentem similem rationem extēsio in substitutionibus fieri possit, *Soccin. cons. 187. lib. 3. Curt. iun. cons. 29. in fin. Decian. resp. 1. num. 158. lib. 1. Menoch. cons. 532. per totum.*

Ponderant etiam, & magnopere exaggerant alia eiusdem cap. 7. verba, & SVBSTITVTORVM, quibus cum luculenter fuerit supra responsum, nihil est, vt rursus ea in medium pro dubitatione proferantur.

SEd tamen his minimè obstantibus in casu præsenti existimamus vocatam fuisse familiam Piccolomineam totam, nempe anti-

antiquam solam. Aggregatam verò ex Todeschinis descendentem, ad summum posse ei videri coniunctam, & quòd sola antiqua vocata fuerit sequentibus fundamentis, demonstrari, ac comprobari posse videtur.

Et primò considerando verba Codicillorum in cap. 7. super quo

75 disputatur. † Aduertendum est, quòd in vocatione facta de
„ domo Piccolominea Ill. D. Iacobus his vtitur verbis; Tunc, &
„ eo casu in dictis bonis succedat domus tota, & progenies Picco-
„ lominea, neque apponit aliquam qualitatem, quòd sint ex stirpe, & sanguine Pij II. & Pij III. prout has demonstrationes apposuit in cap. 74. testamenti. Ideoque videtur dicendum super his insistendum non esse, quia in hac parte standum erit dispo-

76 sitioni Codicillorum; In eo enim, in quo † expresse per Codicillos dispositum fuit, dicitur derogatum testamento, *l. alumna, §. qui filias, ff. de adimen. legat. Paris. cons. 108. nu. 50. vol. 3. Natt. cons. 527. nu. 7. Rolan. cons. 31. num. 23. lib. 4. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 1. nu. 10.*

Et consequenter tota familia Piccolominea antiqua, & sola vocata dicetur, prout verba ipsa demonstrant; & prout apparet ex ponderatione dictionis illius, TOTA, quæ fiet infra in subsequēti fundamento. Cessabunt pariter omnes ponderationes superius propositæ, & consideratæ, resultantes ex verbis dicti cap. 74. testamenti, ex dictione, VIDELICET, & ex dictione copulatiua, ET, quibus prætendit pars, restrictionem induci genera-
„ litatis superius expressæ per illa verba, Toti domui, siue proge-
„ niei de Piccolominibus, & concursum copulatorum intercedere debere, nēpè, vt vocati, sint ex stirpe, & sanguine Pij II. & Pij III.

Et contra hoc fundamentum si obijciantur verba illa Codi-
„ cillorum in d. cap. 7. Succedat domus tota, & progenies Piccolo-

77 „ minea eo modo, & ordine, † prout in dicto suo testamento di-
„ spositum, & declaratum est. ponderando relationem fieri ad testamentum per illa verba, PROVT, quæ sunt relatiua (vt diximus) cum relatum dicatur inesse in referente, cum omnibus suis qualitatibus expresse, & specifice, verè, & propriè, vt pariter dictum fuit.

Afferimus pro responsione, conclusionem hanc procedentē ex vi relationis veram esse, quando relatio fit generaliter ad omnia contenta in scriptura relata: quia tunc verum est, omnes qualitates in relato expressas inesse censeri. Aliud tamen dicen-

78 dum est, quando † relatio ad aliqua particularia fit contenta in dicta scriptura: nam tunc non operatur respectu omnium,

I sed

ſed eorum tantùm, ad quæ facta fuit relatio, *Gloſ. in l. ſi negocium, C. de negoc. geſt. Dec. conſ. 394. nu. 3. Crauett. conſ. 98. nu. 11. Rom. iun. conſ. 381. nu. 82.*

In caſu autem noſtro relatio per dictos Codicillos, quæ fit ad teſtamentum, mediantibus illis verbis, „ Eo modo, & ordine, prout in ſuo teſtamento diſpoſitum, & declaratum eſt, non videtur reſpicere perſonas vocatas de familia Piccolominea, quia perſonæ vocatæ expreſſio in Codicillis facta fuit ijs verbis, Succedat domus tota, & progenies Piccolominea. Ideoque in eo,

79 quod † expreſſum fuit, clarè, & ſpecificè, in ſcriptura referente non fit relatio, quia attenditur id, quod in ipſamet ſcriptura referente fuit dictum, *L. 1. §. lex falcidia, ff. ad l. falcid. Alex. conſ. 81. lib. 6. Pariſ. conſ. 39. nu. 18. lib. 1. Becc. conſ. 101. nu. 78. & 79.*

Erit ergo relatio ad alia non expreſſa in referente reſpicientia aliud, quàm perſonas vocatas; & ſic erit ad onera appoſita ipſi familiæ, & ad ordinem inductũ, vt poſt eam ſuccedant Dux Amalphiæ, & Alij vocati, & nominati in cap. 74. teſtamenti, & ad ordinem inductum pro executione onerum impoſitorum familiæ, de quibus diſponitur in teſtamento à cap. 74. vſque ad cap. 94. & in cap. 99.

Et hanc interpretationem valde ſuadere videntur verba illa, EO MODO, ET ORDINE, quæ adiecta dictioni illi relatiuæ, PROVT, operari vidẽtur relationem factam fuiſſe ad modum, & ordinẽ, non autem ad perſonas vocatas, quia modus, & ordo non videtur reſpicere perſonas; & ideò relatio reſtricta ad modum, & ordinem, perſonas non compræhendit, quas ſi compræhendere voluiſſet Teſtator, aut ad eas habere relationem, dixiſſet, „ Toti domui, & progeniei Piccolomineæ, quæ fuit vocata, vel prout fuit vocata in teſtamento.

Cum ergo hoc non dixerit, ſed tantùm retulerit ſe ad modũ, & ordinem, ad hæc dicendum erit eſſe habendam relationem, non autem ad alia contenta in cap. relato, *videatur Surd. deciſ. 269. nu. 19.* Et ex hoc fundamento reſoluuntur omnes propoſitæ difficultates.

Secundo dato etiam, quòd verba prædicta, EO MODO, ET ORDINE,

80 deberent reſpicere perſonarum in teſtamẽto vocatarũ † qualitates, vtique non ad cap. 74. eiuſdem, ſed ad cap. 52. 69. & 72. eſſet facienda relatio, vbi ſimilibus verbis ſubſtituta eſt generaliter tota domus, & progenies Piccolominea, & tamen ſub ea generalitate non continentur aggregati propter verba ibi inſerta, „ Tota domus Piccolominea, deſcendens per lineam maſculinam,

qui-

quibus verbis excluditur progenies, aggregata, tamquam ex fœminis proueniens, vt inferius commodiori loco ostendetur.

Item, quia ante vocationem dictæ familiæ vltimo loco factã, substitutæ sunt gradatim ferè omnes personæ de dicta progenie aggregata, paucis omnino prætermissis, in quibus solis non est verisimile verificari substitutionem factam generaliter de tota domo, quod esset, & quidem perabsurdè dicendum, nisi de familia antiqua vniuersa, factam, postremam in dictis capitibus, substitutionem intelligeremus.

Sed tamen etsi concederetur, relationem esse faciendam (etiã quoad qualitates) ad d. cap. 74. testamenti, non autem ad modum, & ordinem solum, adhuc dicitur, verba vocationis de familia, ibi apposita, esse eiusmodi, quæ comprætendant familiã antiquam, licèt eo casu non solam.

81 Cum enim vocata ibi fuerit familia Piccolominea, † sequitur, quòd omnes admissi dicantur, qui ex dicta familia ortum habuerunt; Est enim hoc nomen, familiæ, collectiuum plurium personarum, & graduum. Ideoque respicit omnes comprætensos sub dicta collectione, & per dictum nomen significatos, & repræsentatos. Nomina enim hæc, FAMILIAE, seu STIRPIS, & SANGVINIS, synonima sunt, vt inferius demonstrabitur, & collectiua, *l. peto, §. fratre, l. cum ita in fideicommisso, ff. de leg. 2. §. fin. C. de verb. signif. Dec. cons. 238. primo non videtur dubitandum, nu. 4. Ang. cons. 37. Cuman. Aret. & Soccin. in d. §. quidam recte, & alij Doct. ibi, & post multos tradit Peregr. de fideicomm. art. 19. nu. 11.*

82 Et quamuis in † vocationibus factis his nominibus collectiuis, præsertim familiæ Testatoris, intelligatur facta vocatio omnium quidem, sed ordine successiuo; Ita vt primo loco proximiores admittendi sint, & sic non omnes simul, vt probatur in d. *l. cum ita, §. in fideicommisso, in d. l. peto, §. fratre, ff. de leg. 2. in d. l. fin. C. de verb. signif. Peregr. de fideicom. art. 17. nu. 35.*

83 Tamen aduertendum est, quòd conclusio prædicta † procedit, & verificari fortè poterit in vocatione facta simpliciter nominibus collectiuis, aliud verò dicendum erit in vocatione facta per nomina collectiua, cum adiectione signi vniuersalis, OMNI,

84 seu † TOTI, vt in casu nostro, in quo relinquitur toti domui, & progeniei Piccolomineæ; Illa enim dictio vniuersalis copulat, & coniungit illos de familia, & consequenter operatur omnes

85 simul, & semel vocatos fuisse: Et in dictione † vniuersali, & collectiua dicitur requiri concursus omnium copulatorum, & contentorum sub ea, vt *prob. tex. in l. pen. C. de impub. & ali. substi. in l.*

in l. hæredes mei ; §. cum ita , & quod ibi not. Doct. ff. ad trebell.

86 Quæ dictio vniuersalis omnia † complectitur,quæ tamquã partes sub illa totalitate continentur , vt prob. *text. in l. rectè dicimus, ff. de verb. signif.* Conferunt etiam ea , quæ paulo superius dicta sunt, nempe,quòd dictio TOTA , videtur simul coniungere omnes partes, siuè de toto vniuersali, siuè de generali,siuè de integrali agatur, & quòd TOTVM referatur ad vnum integrum consistens ex suis partibus omnibus, quibus addi potest , *Rebuff. in l. nominis , & rei propè fin. ff. de verb. signif. Euer. in sua cent. loco 80.*
87 *vers. istud argumentum, Surd. decis. 78. nu. 12.* Et quòd TOTIVS † appellatione veniat omnis pars , & nulla reseruata dicatur , facit *tex. in l. 1. vbi not. Doct. ff. de legat. 1. Menoch. cons. 4. num. 25. & cons. 282. num. 12.*

88 Si enim omnia non includerentur, † non verificaretur vniuersalitas, & generalitas verbi , vt post multos relatos tradit *Surd. cons. 73. nu. 62. & 63.*

Fortius ergo dicendum erit in casu nostro operari , vt comprænhensa fuisse dicantur ea , quæ magis propriè , & verè, sub significatione vocabuli,& verbi continentur,prout continetur familia Piccolominea antiqua.

,, Etenim hi originarij sub vocatione totius domus, & proge-
,, niei Piccolomineæ, si non fuissent comprænhensi,sed tantùm descendentes Testatoris , & aliorum fratruum Pij III. ne dum superflua,sed inepta fuisset loquutio,ineptè enim Testator incepisset denominare vniuersalitatem totius domus , & progeniei de Piccolominibus,& in potiori significatu , & cum tanto apparatu ,
,, Videlicet masculis legitimis, & naturalibus natis ex stirpe,
,, & sanguine Piccolomineorum,& ex stirpe,& sanguine Pij II. &
89 ,, Pij III. si intelligebat dumtaxat vocare † minimam partem, & accessoriam dictæ domus, nempè aggregatam , & quæ impropriè,& per fictionem erat talis . *Alex. Raud. de Analog. lib. 1. cap. 3. nu. 1.* Nec verisimile est , quòd ad illam se voluerit restringere , non aliter,quàm si diceretur,omnis homo,idest,solus Petrus: Si-
90 gnum enim vniuersale , quando † præcedit genus, vel totum vniuersale, necessariò infert omnes suas species , *Euer. in loco à toto, vers. veruntamen,* & TOTVM intelligitur sine diminutione ali-
91 cuius † partis , quæ comprænhendi quomodocumque possit , *Decian. cons. 22. nu. 15. vol. 1. Menoch. cons. 374. nu. 11. & cons. 918. nu. 3.*
92 Et vbi salua ratione † recti sermonis verba restringi nõ possunt, ad omnia etiam extranea . *Surd. decis. 176. nu. 4. & Laderch. cons. 53.*
93 *nu. 3.* Interpretatio igitur † capienda est , quæ à sapientibus re-

præ-

præhendi non mereatur, *l. Saluius Aristo. ff. de leg. præstan. Mant. lib. 6. tit. 14. nu. 5. & Menoch. cons. 135. nu. 6.*

„ Tertio principaliter ponderamus verba illa, Videlicet masculis „ legitimis, & naturalibus, natis ex stirpe, & sanguine Piccolomi- „ neorum, quæ clara sunt, & sine dubio omnes masculos de familia Piccolominea antiqua comprehendunt; siquidem, vt dictũ
94 fuit, illud nomen, FAMILIA, est † collectiuũ, & continet omnes de dicta familia ab eodem stipite descendentes, & quod dicitur de STIRPE, & SANGVINE, idem est, ac si dictum fuisset de AGNATIONE, & FAMILIA, quia verba hæc tanquam synonima, & idem significantia esse dicuntur, vt post alios tradunt *Peregr. de fideicomm. art. 22. nu. 23. Sym. de Prat. de interpret. vlt. volunt. lib. 3. interpret. 3. dubit. 1. solut. 11. num. 60. pag. 292. latè Surd. cons. 443. num. 18. lib. 3.*

95 Et consanguinitatis † appellatione, quæ significari videtur per illud verbum, ET SANGVINE PICCOLOMINEORVM, masculi de agnatione verè, & propriè comprehensi dicuntur, *vt prob. tex. in l. post consanguineos, ff. de suis, & legit. hæred. In auth. de consanguin. & vterin. fratr. collat. 6. Alex. cons. 153. nu. 1. lib. 7. post Archidiac. quem allegat, & post Bart. in l. cum quidam, §. quod dicitur, & Bald. in l. fin. C. de verbor. signif. tradit Corn. cons. 21. in lit. g. lib. 1. Bero. cons. 95. nu. 10. lib. 2.* Vbi quod consanguinei strictè accipiendo, sunt duo fratres, largè, & propriè, omnes coniuncti per virilem sexum, largissimè, & impropriè, omnes coniuncti, siue ex latere patris, siue matris, *Grat. cons. 43. nu. 19. & 20. lib. 1.*

96 Addo quòd verba ad fauorem † familiæ Piccolomineæ originariæ, sunt geminata. Ideoque magis enixam, & deliberatam voluntatem Testatoris, demonstrare dicuntur, prout de geminatione verborum, & eius effectu, probat *text. & quod ibi not. Doct. in l. Balista, ff. ad trebell. Crot. cons. 14. nu. 14. & 15. Dec. cons. 504. nu. 9. Surd. decis. 272. nu. 16. Pet. Ant. de Pet. de fideicomm. q. 11. nu. 532.*

97 Addo etiam plurimum conferre † participium illud, NA- „ TIS, ibi Natis ex stirpe, & sanguine Piccolomineorum, quæ cũ ad ipsam natiuitatem referantur, de necessitate comprehendũt ipsos Piccolomineos antiquos, qui verè ex d. stirpe, & sanguine nati fuerunt, nec ad eos referri possunt, qui per viam aggregationis, & fictionis pro talibus habiti sunt, sicuti in simili dicimus
98 quòd licèt appellatione † legitimorum, & naturalium veniant „ legitimati. Tamen si addita sint verba, Et ex legitimo matrimo- „ nio natis, excluduntur legitimati, quia verè nati non sunt ex legitimo matrimonio, licèt per fictionem sint legitimati, & pro

legitimis habeantur, *Bald. cons. 367. vol. 5. plures refert, Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 12. nu. 2. Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 81. in fin. Surd. decis. 312. nu. 5.*

99 Hinc sequitur conclusio, quòd dictio † illa copulatiua, ET, „ dum dicitur, & Ex stirpe, & sanguine Pij II. & Pij III. posita, post expressionem, quæ continet propriè familiam antiquam, ex eo, quòd in his verbis subsequentibus ponitur expressio familiæ aggregatæ, videtur posita augumentatiuè, non coniunctiuè, aliàs sequeretur destructio præcedentis voluntatis clarissimè geminatæ, & expressæ, *Bart. in l. ea tamen adiectio, ff. de legat. 3. Ruyn. cons. 133. nu. 3. vol. 1. Paris. cons. 7. nu. 31. vol. 3. Crauett. cons. 9. nu. 25. Cephal. cons. 245. nu. 6. quos refert, & sequitur Surd. decis. 272. nu. 24. & decis. 219. nu. 7. Peregr. de fideicom. art. 7. nu. 35.*

100 Nec tamen requiritur concursus † vtriusque qualitatis Pij II. & Pij III. sed verificabitur in vtrisque, exemplo eius, quod dixit *Bald. in l. 1. col. 2. vers. & ideo legatum, ff. de iust. & iur.* Quod legatum factum Doctoribus & Medicis Paduæ, non stat coniunctiuè quoad hoc, vt requiratur vtraque qualitas, sed intelligatur factum Doctoribus, & Medicis, & sic vtrisque, & sufficit esse Medicum, vel esse Doctorem, sequitur *Natt. cons. 626. num. 17. Surd. decis. 272. nu. 35.*

Quinimo etiam in casu, quo ageretur de pluribus qualitati-
101 bus copulatiuè † positis, quæ concurrere possent in eodem subiecto, adhuc tamen dicunt Doct. quòd in materia fauorabili, prout est legatum, non requiritur concursus qualitatum, sed verificatur sermo in qualibet de per se, vt declarat *Ruyn. cons. 112. nu. 13. lib. 5. Rolan. cons. 79. nu. 23. & nu. 45. lib. 3.* Vbi quòd conclusio posita per Iacob. Butrig. quòd in legato facto Militibus, & Doctoribus, includatur simpliciter Miles, & simpliciter Doctor, procedit, & verum est, quia sumus in legato, & sic in materia fauorabili; & ideo sermo verificatur in qualibet qualitate de per se, *Rolandum refert, & sequitur Surd. cons. 207. nu. 6.*

Quartò eadem conclusio comprobatur ex dispositis in cap. 74. te-
„ stamenti, vbi cautum est, quòd non possint bona prædicta alie-
„ nari, nisi ad vitam vnius tantùm, & non ad vitam plurium suc-
„ cessiuè succedentium, & casu quo alienarentur, voluit, & dispo-
„ suit Testator, quòd deueniant ad Illustris. Ducem Amalphiæ,
„ D. Marchionem Lecceti, & filios masculos, & hæredes D. An-
„ dreæ de Piccolominibus, & quosdam alios.

„ Item ex capite 92. vbi disponitur, quòd supradicti legatarij
„ de domo, & progenie Piccolominea diligenter, fideliter, & ac-

cura-

" curatè debeant exequi omnia in dicto testamento disposita, ordinata, declarata, & mandata secundum dispositionem, & ordinationem per eum factam: Et casu quo ipsi per negligentiam, dolum, vel fraudem, prædicta non exequerentur; tunc voluit, quòd supradicta legata transeant, & deueniant ad Illustriss. Ducem Amalphiæ, D. Marchionem Lecceti, filios masculos Magnifici D. Andreæ de Piccolominibus, & alios.

Et cum in his, necnon in filijs Testatoris, item fortè etiam in Aenea, à Catarina descendente, consisteret omnis, & tota familia Piccolominea aggregata, si sola hæc fuisset ad legatum vocata, eiq. soli prohibita alienatio, & imposita cura, & pœna prædicta, sequeretur, quòd vna, eademque familia foret vocata ad principale legatum, & illi facta esset prohibitio alienationis, atque ipsamet familia prohibita, diceretur vocata in casu alienationis, & priuata in casu inobedientiæ, quod foret absurdissimũ, & contra omnes regulas Iuris, & DD. traditiones, cum persona

102 cui est facta † prohibitio, & illa, ad cuius fauorem facta sit, debeãt esse diuersæ, vt per scribẽtes *in l. filiusfamilias. §. Diui, ff. de leg. 1.* quæ absurditas cessat si dicamus amplissimo, & antiquissimo numero Piccolomineorum prohibitionem extitisse factam, & dictam curam, & pœnam impositam. Ideo credendum est fuisse substitutas prædictas specificatas personas, aliàs inanis, & nulla videretur prohibitio, & resolueretur in consilium, vt per dictã *l. filiusfamilias*, præterquã quod, si dicti vocati in casu alienationis, essent ad legatum in casu mortis admissi, aliud sequeretur absurdum, quia cum extra Ciuitatem Senarum degerent, non potuissent verisimiliter congregari ad alienationes decernendas, nec potuissent adesse curis, & innumeris oneribus per Testatorem iniunctis, & sic etiam nulla earum futura fuisset contrauentio, vel negligentia, dolus, vel fraus in executione dispositorum per dictum Testatorem.

Addi potest etiam, quòd si soli familiæ aggregatæ diceretur legatum in cap. 74. collatum, sequeretur, quòd pro familia aggregata, Senis moràte, tres tantummodo personas, seu quattuor Testator considerasset: nempe Siluium, & Aeneam filios proprios (& concedamus fortasse Aeneam à Catarina descendentem) quæ paucitas non est verisimilis propter dictionem illam, TOTA, & propter alias coniecturas infra explicandas, quæ tam breuem numerum excludunt.

Item si solos aggregatos vocare voluisset, cur in casu alienationis, & doli, vel negligentiæ, potius substituisset dictos Ducem

Amal-

Amalphiæ,& alios in dicto casu vocatos, quàm proprios filiorum alienantium,& inobedientium filios? esset enim hoc contra *tex. in l. cum acutissimi. C. de fideicom.*

Quinto principaliter non solum ex verbis,vt supra, ponderatis,sed
103 ex coniecturis mentis,ac voluntatis Testatoris ex eodem † testamento,& Codicillis, & aliunde desumptis, eadem conclusio validissimè confirmatur,atque ex eis veritas clarissimè demonstratur,quas coniecturas sigillatim recensebimus, & in facto, & in iure earum vim,& efficaciam ponderabimus,licèt etiam absque earum ope,liquidò appareat.

Prima ergo ex testamento coniectura desumitur, quia defunctus in pluribus eius partibus de domo Piccolominea mentionem
104 fecit eam † honorando, & inter alia in cap. 35. in legato super bonis Montichielli relictis Siluio, & Aeneæ, & eorum descendentibus masculis, vocauit eis deficientibus, illorum filias primogenitas,cum conditione,ter repetita,quòd nubant, siue nuptæ sint in domo Piccolominea, & Piccolominibus viris.

Quamobrem si de aggregata familia hoc loci Testator sensisset,non autem de originaria,longè numerosiori, & ab ea longissimis gradibus distante,sequeretur eum imposuisse conditionem nuptiarum inter personas prohibitas,& valde coniunctas; ergo si fœminæ prædictæ non poterant nubere masculis Piccolomineis aggregatis, ne dicamus conditionem fuisse inanem contra *l. si quando, ff. de leg. 1.* oportet asserere cogitatū de nuptijs cum alijs Piccolomineis originarijs, cum quibus celebrari poterant,contrahendis,inter quos plurimi eminebant Magnates, & virtute,& facultatibus affluentes viri,earū connubio nō indigni.

Neque dicatur Testatorem respexisse posteritatem,adeo à se remotam,vt facilè tunc inter masculos, & fœminas familiæ aggregatæ, potuerit dari matrimonium. Etenim pluries in dicto legato expresè locutus est de proprijs neptibus, quas, si superessent absque Patribus, voluit nubere, vt supra, dum dixit. Si nullus masculus superesset ex dicto Siluio, & Aenea, & tamen superessent ex aliquo ipsorum filiæ fœminæ; Tunc,& eo casu succedat illa,quæ superesset, dummodo nupta sit, vel nubat in domo Piccolominea, & Piccolominibus viris, aliàs in dictis bonis non succedant, neque in illis ius vllum habeant. Ex quo verificantur ea,quæ supra diximus appellatione familiæ, de vera, † propria,ac naturali, non autem de fictitia,& ascititia esse
105 intelligendum. *Rolan. cons. 37. nu. 7. lib. 3. Cacher. decis. 120. num. 7. Raudens. de Analog. lib. 1. cap. 10. per totum.*

Corro-

Corroboratur prædicta coniectura, quòd cum in dicto capitulo 35. in defectu masculorum, & fæminarum Siluij, & Aeneæ vocauerit postea nominatim alios de familia aggregata, non sub nomine familiæ, sed specificè, ita pariter superius nominasset, inquiens, „ Dummodo nubat alicui ex descendentibus Ducis Amalphiæ, & Marchionis Lecceti, & filiorum Domini Andreæ; Ergo sub nomine familiæ de originaria sensit, sicuti in alijs coniecturis inferius describendis, latius demonstrabitur.

Secunda elicitur coniectura ex cap. 52. eiusdem testamenti, vbi post lineam masculinā Siluij, & Aeneæ, & post filios, & descendentes masculos Andreæ fratris, in bonis de Camporseuoli, disposuit his verbis: „ Succedat domus tota Piccolominea descendens per lineam masculinam, & ætatis à 25. annis supra, exceptis Monacis, & Religiosis mendicantibus.

Ex quibus non potest videri, Testatorem sensisse nisi de originaria, quoniam aggregati non descendebant per lineam masculinam, sed per Pij II. sorores, quæ potius finis agnationis suæ dicebantur, *l. pronunciatio, ff. de verb. signif.*

106 Huic † coniecturæ duo alia capitula plurimum consentanea suffragantur, nempe cap. 69. continens legatum Palatij Bibbiani de Cacciacontibus post Siluium, & Aeneam, & eorum descendentes masculos, & post descendentes Andreæ relictum, dum Testator inquit, „ Tunc deueniat ad totam domum, & progeniem Piccolomineam per lineam masculinam, prout aliàs in successionibus declaratum est in capitulis supra in testamento contentis. Et in cap. 72. super legato Palatij siti in Vrbe post Siluium, & Aeneam, & eorum descendentes masculos, vocans „ Ducem Amalphiæ, & eius filios masculos, subdit, Et casu, quo ex dicto Illustriss. Duce non extarent filij masculi, tunc voluit, mandauit, & reliquit, vt deueniat, & deuenire debeat ad totam domum, & progeniem Piccolomineam per lineam masculinā. Quæ verba familiam aggregatam ex fæmineo sexu progenitam procul dubio repellunt, & originariam longa, & antiqua serie, à masculis prodeuntem, includunt, vt proximè explicatum est.

Nec prædictis dissimile est cap. 104. in quo agens de electione ad „ canonicatus, & alias Cappellas facienda disponit, Quod D. Siluius, & D. Aeneas eius filij teneantur, & debeant semper eligere, & præsentare Clericos de domo, & progenie Piccolominea, quia dixit, quòd hæc fuit voluntas Pij II. & Pij III.

Quod etiam Testator senserit hic de familia Piccolominea originaria, manifestè patet, quia Canonicatus, & Cappellæ eius-

modi, non erant tanti redditus, vel adeo insignes, vt verisimiliter essent reseruandæ Piccolomineis aggregatis, qui erant primarij homines, & maioribus dignitatibus destinandi, & plerique Neapoli commorantes, nec verisimiliter relicturi proprias Sedes, pro residendo Senis, Pientiæ, & Sarteani, vbi erant dictorum beneficiorum residentiæ omninò necessariæ. Neque etiam hoc casu fuit cogitatum, aut prouisum, propagationi d. familiæ in secula futura, quia dictum præceptum fuit restrictum, vt supra ad filios Testatoris, non autem vltra, & eo tempore numerus aggregatorum breuis existebat.

Ex his ergo resultat, quòd etiam in capitulo 74. de quo agitur, & multo magis in d. cap. 7. Codicillorum, dum simpliciter reliquit toti domui, & progeniei Piccolomineæ, de eadem domo Piccolominea antiqua senserit, quia quando aliquod verbũ
107 † ambiguum esse potest, vel ad plura referri, Tunc si apparet in alijs partibus testamenti, in qua significatione fuerit sumptum, iuxta eandẽ præsumitur etiam in alijs partibus fuisse acceptũ, quia vna pars testamenti clara, alteram declarare dicitur. *Bart. in l. Centurio, nu. 27. ff. de vulg. & pupill. Socc. Iun. cons. 101. nu. 27. lib. 1. Paris. cons. 73. nu. 8. cons. 86. nu. 11. lib. 2. cons. 72. nu. 44. lib. 4. Clar. in §. testamentum, q. 76. vers. hinc infertur.*

Hinc patet quam maximè familia Piccolominea antiqua fuerit dilecta Testatori, cum ab eo honorata, & vocata fuerit pluries, ex qua vocatione resultat effectus, quòd de eius conseruatione, honore, & decore cogitauerit; Nam ex nominatione facta de aliquo in testamento ei legando, arguitur Testatoris dilectio, vt clarum est, & probatur ex his, quæ inferius dicentur.

Tertia coniectura valde vrgens esse videtur, quæ desumitur ex d. cap. 74. iuncto cap. 75. & iuncto cap. 8. Codicillorum in cap. 74. fit legatum toti domui de Palatio in terzerio, & Parrocchia Sancti Martini nuncupato, Palatio nouo; de medietate tenimenti Castri Porronæ, & medietate omnium Apothecarum, quæ sunt in Ciuitate Senarum subter Lodiam, seu Porticum de Piccolominibus.

In capitulo autem primo Codicillorum, reuocauit legatum Palatij noui, & Castri Porronæ, nec mentionem fecit de dictis Apothecis: Ideo de eis non intelligitur facta reuocatio, sed firmum remanet legatum ad fauorem familiæ contentum in testamento, maximè stante clausula Codicillorum in fine apposita ibi, „ In cæteris autem.

„ In cap. autem 75. testamenti adest onus, Quod legatarij supra-

„ prædicti de domo, & progenie Piccolominea teneantur, & de-
„ beant de fructibus prædictarum rerum, manutenere Lodiam de
„ Piccolominibus. Et præterea in memorato cap. 8. fuerunt legati dictæ domui, & progeniei de Piccolominibus ad effectum manutenendi d. Lodiam, floreni 400.

108 In processu fuit † comprobatum, Lodiam prædictam, & Apothecas fuisse ab anno 1509. & sic statim sequuta morte Testatoris possessas per viros familiæ Piccolomineæ antiquæ, palam & absque controuersia, & pariter apparet, dictos viros fuisse exequutos dispositionem testamenti de reparanda Lodia prædicta.

109 Ideo sequitur † dicendum eos fuisse in possessione ex causa legati prædicti, quia effectus semper præsumitur fuisse subsequutus in executionem causæ præambulæ, & præcedentis, *Glos. in l. quædam mulier, ff. de rei vendicat. in l. 2. C. de acquir. possess. in l. qui negociationem, & ibi Bart. ff. de administr. tuto. Cacher. decis. 57. nu. 18.*

Ex quo resultat, quod cum ab initio pars hæc testamenti, huiusmodi receperit interpretationē, scilicet, vt legatum dicti cap. 74. in qua parte reuocatum non apparet, fuerit ad fauorem totius familiæ, etiam originariæ factum, de sensu, & intelligentia eorundem verborum, non sit amplius dubitandum, non modò quoad dictas Apothecas, sed nec etiam quoad cætera toti familiæ relicta. Declarationi etenim factæ circa verba testamenti per hæredes, vel tradentes, vel consentientes (præsertim si filij

110 sint) stare oportet, cum ex eorum † dictis, aut factis dubiā alioquin defuncti voluntatem recipere interpretationem, certissimū sit, *l. si quis à filio, §. primo, ff. de leg. 1. Bart. in l. gerit, nu. 17 de acquir. hæredit. Ceph. cons. 183. num. 71. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 1. num. 26. Paris. cons. 11. nu. 38. & cons. 75. nu. 52. lib. 2. Decian. cons. 33. nu. 18. lib. 5. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 1. num. 26.* Cum præsu-

111 mantur testamenti paterni habuisse notitiam † *Menoch. lib. 6. præsumpt. 23. nu. 59.* In quo testamento Apothecæ toti familiæ relictæ fuerunt, & cum familia eas possederit, præsumitur possedisse titulo dicti legati, cum alius titulus non præcesserit, *Soccin. cons. 220. Dec. cons. 618. nu. 2. Menoch. præsumpt. 131. nu. 93. lib. 3.*

Et obseruantia prædicta valde confert ad declarationem testamenti, & voluntatis disponentis, *l. sed Iulianus, §. proinde, ff. ad Senat. Cons. Maced. Paris. cons. 47. nu. 106. lib. 1. Aym. in cons. 101. nu. 3. Menoch. cons. 345. nu. 52. lib. 4. & magis in specie per Rotam Florent. per DD. tres sub die 10. Nouembris 1588. in causa Orlandinia, vers. sed pro alijs omnibus,* Vbi decisum fuit ex obseruantia institutorum, & eorū

filio-

filiorum & nepotum verba testamenti, aliter accipi non posse, nec debere, quàm per ipsos dicta verba recepta, & habita fuere, ita & hoc casu dicendum & concludēdum videtur. *ad l. minime, l. si de interpret. ff. de legib. cum suis concord.*

Accedit, quia tota Piccolominea gens, suscipiens onus sibi ab eodem Testatore iniunctum capitulo 8. Codicillorum, reparando memoratum Piccolomineorum Porticum, videtur etiam agnouisse legatum 400. florenorum ibidem ei cùm hoc grauamine relictum, *l. gerit, de acquir. hæred.*

Ex quo noua insurgit declaratio verborum Testatoris, quæ tàm expressa sunt ibi, quàm in cap. 7. præcedenti, de quo principaliter agitur, vt scilicet appellatione totius domus Piccolomineæ antiqui de hac stirpe continerentur, hoc scientibus, & assentientibus aggregatis, quamquam nunc modernis contradicentibus, ac reclamantibus.

Addimus, quòd ad familiam Piccolomineam, præcipuè antiquam pertinere dictam Lodiam, comprobari videtur ex inscri-
„ ptione in fronte eiusdem Portici, videlicet, PIVS II. PONT. MAX.
„ GENTILIBVS SVIS PICCOLOMINEIS.

112 Ex inscriptione enim in lapidibus † facta resultat probatio possessionis, & dominij, maximè apposita in locis publicis, & manifestis, *gloss. in c. cum causam, de probation. Specul. in tit. de probat. §. videndum, vers. restat nono, Calcan. cons. 90. nu. 8. Dec. cons. 135. nu. 1. Alba. cons. 64. nu. 22. qui & alios refert Menoch. lib. 2. præsumpt. 59. nu. 1.*

113 Verbum enim † illud, GENTILIBVS, ad familiam Pij II. referri videtur ex his, quæ diximus supra, dum de pluribus verbis egimus, quæ sunt synonima cum ipso verbo, Agnatio, Et ex consuetudine Pij, illud proferentis, refertur ad eos, qui sunt de familia, vt inter alia apparet ex Epistola quadam ab eo, excelsis
114 „ Dominis de Balia Senarum transmissa, vbi legitur, † Salamon
„ Piccolomineus Gentilis meus, & hic ex sua antiqua familia erat: Ideoque ex consuetudine proferentis interpretationem recipere debet, *l. vel vniuersorum, ff. de pignorat. act. l. hæredes palam, §. si quid post. ff. de testam. l. qui se missis, ff. de vsur. l. si seruus plurium, §. fin. ff. de legat. 2. Dec. in l. semper in stipulationibus, nu. 7. ff. de reg. iur.*

Et ad antiquam familiam pertinere Lodiam prædictam, vel ex eo solo comprobari posse videtur, quòd super Platea Piccolomineorū fuit ædificata; ædificium enim cedit solo, & eius effici dicitur, cuius est solum, *l. adeo, §. cum in suo, ff. de acquir. rer. domin. Instit. de rer. diuis. §. cum in suo.* Fuisse autē Lodiam prædictā ædificatā super dicta Platea apertè probatur ex deductis in processu.

Quar-

Quarta coniectura resultat ex dispositis in cap. 91. testamenti, vbi
Ad euitãdam confusionem multitudinis mandat, quòd legata-
rij de domo, & progenie Piccolominea, omnes ætatis à 30. annis
supra teneantur congregari, vocatis, & adhibitis in dicta congre
gatione Clericis, Presbyteris, & Prælatis de dicta domo & pro-
genie, ætatis supradictæ, exceptis Religiosis, Mendicantibus, in
qua congregatione debeant eligere vnum, aut duos, vel tres, &
quot videbuntur idonei ad executionem, & curam dictorum su-
pra mandatorum per Testatorem, & quòd debeant reddere ra-
tionem quoties ab ipsis, &c.

Sumitur hinc argumentum euidens, quòd non intellexerit de
sola familia aggregata, ex quo iubet simul se cõgregare ad eui-
tandam confusionem multitudinis, non enim poterat verifica-
115 ri † qualitas hæc confusionis, & multitudinis in descendenti-
bus à Laudomia tantùm, numero paucis; siquidem multitudo
ex qua discordia oriri possit, refertur ad multo plures, quàm es-
sent prædicti aggregati à d. Laudomia descendentes, vel etiam
à Catarina, qui non erant vltra quinque, aut sex: Qui sine dubio
pauci dicuntur, & tanto magis, quo non omnis ætatis homines
congregari iussit Testator, sed tantùm excedentes annos 30. &
sic magnopere numerum restrinxit, & consequenter ea quali-
tas designata per illud nomen, Multitudinis, adaptari solis ag-
gregatis non potest, quod probari videtur vltra vim ipsius vo-
cis, *ex text. in c. cum causam, ibi volentes autem effrenatam multitudi-
nem, & melius in c. tutores de cler. excommi. ibi si verò multitudinem, Luc.
de Penn. in l. nominationum, col. 1. ibi sed è contra, C. de decur. lib. 10.*

116 Et quãuis multi dici possint de duobus, & † de tribus, quod
etiam probat *text. in l. multis, C. de liberali causa,* tamen simplici-
ter, & absolutè multitudo de pluribus accipitur, quia proximè
accedit turbæ, *Bart. in l. Prætor, la 2. ff. de vi bon. rapt. Aldobrand. in
§. vlt. inst. de iur. person.* Cum multitudo non nisi ex maximo nu-
mero conficiatur, & aliquando ex mille viris, *l. 2. §. 1. ff. de excu-
sat. tutor.*

Nec dicat quispiam cum Procuratore partis aduersæ, quòd
Testator respexerit æuum futurum, & cogitauerit multitudinẽ
nasciturorum de familia aggregata, licèt tunc exigua existente,
cum ipse moreretur, quia imò respexit tempus suæ mortis, quo
erant protinus plura onera exequenda à legatarijs prædictis, vt
constat ex cap. 75. 76. 78. 81. 83. 84. 85. 86. 88. 89. 90. & 93. (quæ
si rectè perpendantur) continent multas præstationes, & acta
singulis annis peragenda; quin, dicam etiam, singulis diebus,

M quem-

quemadmodum quotidiana aſsiſtentia in ædificijs perficiendis, & conſeruandis, in bonis adminiſtrandis, ac creditis exigendis; Et prædictum cap. 91. in hoc ſcriptum eſt, vt familia Piccolominea congregetur pro adimplendis, & executioni mandandis ordinationibus, quæ in allijs capitibus per D. Teſtatorem ſcriptæ fuerant, & quòd duo, tres, vel quattuor eligantur homines idonei, per quos ſtatim ſequuta eius morte electos, ſingula peragantur, & debitæ executioni mandentur.

Et ſi fortè familia Piccolominea non potuiſſet in alia, quàm in aggregata verificari, oporteret fieri locum dictæ obiectioni, vt Teſtator haberi dictam congregationẽ iuſſerit tempore habili; ſed interim ſeruaretur eius præceptũ eo modo, quo poterat.

Sed ſi plurima familia antiqua florebat, & abſque diuinatio-
117 ne poterat verificari † in ea mandatum Teſtatoris, non eſt facienda violentia verbis, & menti ipſius, nec recedendum à ſermonis proprietate per ſubauditos intellectus, *l. quidam cum filiũ, vbi Bald. ff. de hæredib. inſtituen. Alex. in l. commodiſſimè, num. 6. ff. de lib. & poſt. Bald. conſ. 452. nu. 2. vol. 5. & conſ. 472. num. 1. in fin. vol. 5.*
118 *Ang. conſ. 161. in fine*, Qui aiunt, quòd † vbi ſenſus verborum eſt planus, non eſt recedendum ab eis per ambages digrediendo ad extraneas cauillationes; planus autem, ſicut in caſu noſtro, dicitur ſenſus, quando intellectus non laborat in verbis percipiendis, *Bart. in Authen. hoc inter liberos, in princ. C. de teſtam. Soccin. Iun. conſ. 122. nu. 23. lib. 1.*

Quinta rurſus ex eodem cap. 91. oritur coniectura, dum prædictis legatarijs commendantur Viduæ, Pupilli, & Pauperes de dicta domo, & progenie Piccolominea, quòd perſonarum genus non inerat familiæ aggregatæ valde diuiti, & non ſolum reſpexiſſe D. Iacobus videtur pauperes futuri temporis, verum etiam præſentis, cum inſimul eadem oratione commendauerit familiares ſuos, & ſic homines, quibus tempore ſuæ mortis hæc qualitas competebat, vnde pariter affirmãdum eſt de qualitate paupertatis, vt vna determinatio pariformiter determinet, *l. quamuis, C. de impub. & al. ſubſtit;* & cum loquutus fuerit de pauperibus ſine aliqua temporis præfinitione, non eſt coanguſtanda eius oratio
119 † ad tempus futurum, ſi etiam (vt diximus) in tempore præſenti verificari poterat: Quinimò indefinita oratio principaliter verificatur in tempore præſenti, ſcilicet teſtamenti, aut mortis defuncti; Extenditur verò ad tempus futurum, quando illud verò ſimilius præuideri potuit, *l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. Vrban. prædio. Bart. in l. ſi ita, nu. 4. ff. de aur. & arg. leg. & in l. quidam hæredem,*

nu. 2.

nu. 2. ff. de tritico, vino, & ol. leg. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 10. tit. 11. per totum nu. 12.

120 Quibus accedit, quòd qualitas † præsentis temporis regulariter attendenda, & perpendenda est, non autem habendi sunt in consideratione tristes euentus paupertatis, qui temporibus futuris familiæ aggregatæ contingere potuissent, *Bart. in l. seruũ filij. in princ. ff. de legat. 1. vbi Doct. & in l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verb. obligat. Menoch. cons. 6. nu. 6. Surd. decis. 202. num. 13. decis. 322. num. 86.* Tempore autem prædicto qualitas paupertatis pænitùs deficiebat in dicta familia aggregata.

Et prædictæ coniecturæ vis crescit, quòd cum Testator sciret in familia aggregata duos Prælatos esse, Videlicet, Reuerendiss. D. Ioannem Piccolomineum Andreæ filium Archiepiscopum Senensem, & Reuerendiss. D. Franciscum Episcopum Bisignani, in antiqua verò multos non modò Prælatos, sed Clericos, & Presbyteros, & præcipuè Reuerendiss. D. Aldellum Episcopum Suanensem, & Reuerendiss. D. Hieronymum Episcopum Pientinum, qui erant de familia Piccolominea antiqua, quos ipsemet Testator executores testamenti reliquerat, vt in cap. 20. eiusdẽ: Dum mandauit dicto cap. 91. in memorato cætu vocandos, atque adhibendos Piccolomineæ familiæ Clericos, Presbyteros, & Prælatos, vtique de his intellexisse videtur.

121 Sexta ex testamento, & Codicillis † pro ipsismet Codicillis interpretandis, non modici ponderis coniectura, ad superiores coadiuuandas colligitur, ex duabus Pij II. Summi Pontificis, Bullis, quarum in altera patronatus iura constituens super aliquibus à se creatis Canonicatibus, ac Præpositura Ciuitatis Pientiæ, In altera verò donans Palatium in eodem loco à se constructum, vocat primum, ex Laudomia sorore sua, descendentes masculos, tum verò his omnibus deficientibus, fæminas de eorum familia, si in domo Piccolominea, & Piccolominibus viris nuptæ fuerint, videlicet originarijs (nam de alijs intellexisse non potuit) quibus non existentibus, quo ad dictos Canonicatus, & Præposituram, vocauit totam familiam de Piccolominibus, se tamen restringendo ad duos maiores natu, quo verò ad dictum Palatium vocauit proximiorem de domo Piccolominea, de vno in alium, semper de originaria loquẽdo, vt videre est in dictis Bullis. De progenie autem ex Catarina altera sorore nullam omnino mentionem fecit.

122 Hinc primò patet, familiam originariam Pio, fuisse † dilectã, Item prædilectam descendentibus Catarinæ, quamobrem verisimile

simile est D. Iacobum Testatorem eiusdem fuisse propositi, ac voluntatis, cum Auunculum Pium, æque, ac magis quam Patrē diligeret, vtpotè eum, à quo magnitudinem, fortunasq. suas accepto ferebat, & cum quo diu conuersatus fuerat, ita vt meritò ad tanti Pontificis mores, & exemplar, mores, affectionesq. suas composuisse verisimillimum sit, & quòd omnes diligeret, quos
123 ei videbat esse dilectos; Quisque etenim † præsumitur sequi mores, & habitus paternos, vel eius, cuius fuit alumnus, & quē loco patris habuit, *cap. venerabilem in vers. progenitores, vbi etiam Panorm. col. 4. de elect. & in c. 1. 56. distinct. tradit Gloss. in l. quod si nolit, §. quia mancipia, ff. de adilit. adicto, & Bart. in tract. de Guelf. & Ghibell. col. 4.* inquit, quòd de iure quis præsumitur esse eiusdem affectionis, cuius Conciues sui fuerunt, facit quod inquit, *Bart. cons. 34. col. 18. lib. 2.*

Et sic veritati maximè consentaneum est, quòd D. Testator postquàm in quam plurimis consuluit soboli, & sanguini suo,
124 in his paucis † legatis voluerit etiam recognoscere domum originariam Sanctissimo Pontifici, sibiq. caram, eam non principaliter, sed per modum substitutionis vocando, ipsamq. præferendo dictis ex Catarina descendentibus, quos etiam velut incognitos exemplo Pij II. præterijt Pius III. qui dum Cardinalis esset Canonicatus duos in Ecclesia Cathedrali Senarum instituens post descendentes ex fratribus germanis, non Catarinæ Materteræ prolem, sed eandem Piccolomineam gentem, ad dicta patronatus iura vocauit.

Et quemadmodum Pius II. nominans in prædictis Bullis fæminas, quæ nuberent Piccolomineis viris, antiquos Piccolomineos respexit, ita pariter Testator, dum in dicto capitulo 35. fideicommissi Monticchielli, eodem modo loquendi fæminas ex filijs descendentes vocauit, quæ Piccolomineis viris nuberent, ter hoc idem in dicto cap. 35. repetendo meritò de ijs Piccolomineis sensisse creditur, vt supra à nobis demonstratum est, cum eum non lateret Pium Auunculum illos adamasse, & sub eadē clausula propensionem animi sui erga ipsos in eisdem Bullis ostendisse. Quod Aduersarij dissimulasse videntur, Piccolomineis originarijs exprobrando, quòd non modò non dilecti à dictis Summis Pontificibus ante Pontificatum, vel ipso Pontificatu durante, sed neque cogniti ab eis, & tanto minus à D. Iacobo Testatore fuerint, cuius oppositum alijs etiam indubitatis argumentis demōstrabitur, si opus fuerit, cum hac de re promptæ sint penes eos, & liquidissimæ, ac cōcludētissimæ probationes,

Septi-

Septimam præbet coniecturam testamentum ab eodem Testatore conditum de anno 1498. licèt ab eo reuocatum, in quo per explicitam substitutorum seriem vocauit ad legatum Porropæ, ac Palatij noui (de quibus est præsens cõtrouersia) omnes, & singulos de Piccolomineis aggregatis, vltimo vero loco, totam Piccolomineam domum, sub quo nomine, impossibile est, quòd aliam acceperit, quàm antiquam, & cum nouum non sit, quòd non solum testamentum nullum, verum
125 † etiam reuocatum plurimum conferat ad interpretationem voluntatis, quæ vltimo continetur elogio, *Bart. in l. vlt. ff. de reb. eorum in l. alimenta in prin. ff. de alim. & cib. lega. Corn. cons. 275. nu. 5. lib. 4 Menoch. præsumpt. 15. num. 5. lib. 4. & præsumpt. 176. nu. 6. eod. lib. cum pluribus congestis per Decian. cons. 3. num. 36. lib. 2. Card. Mant. de coniect. lib. 3. tit. 20. num. 4. vers. sed licet, Gabriel. cons. 98. nu. 28. lib. 1. Bursat. cons. 28. nu. 1. Laderch. cons. 78. nu. 9. & ex modernis per Ludouic. Sacc. cons. 96. nu. 7.* vtique creditur D. Iacobum circa huius familiæ nomen in testamento, & præsertim in Codicillis (qui ad rem præsentem faciunt) eundem sensum habuisse, maximè cum Codicilli sint priori testamento persimiles, & cum in eis legatum prædictum sit restitutum, quasi pristinæ formæ, sub qua erat in testamento reuocato conscriptum.

HIs iactis pro nostra sententia fundamentis, & propositis coniecturis, consentaneum est, vt ad obiectas rationes, ac ponderationes exaduerso, dubitandi gratia, excitatas responsa accomodemus.

Et ad primam, dum dictũ fuit, qualitates omnes concurrere debere, vt vocata familia sit De stirpe, & sanguine Piccolomineorũ, Item Pij II. & Pij III. Responsio sumitur satis clara ex supradictis: Negamus enim cap. 7. Codicillorum esse potius ex cap.
126 74. quàm ex cap. 52. 69. & 72. quibus † mentio habetur totius Piccolomineæ domus, interpretandum. Quia in dictis tribus capitulis, sicut in isto Codicillorum 7. domus Piccolominea fuit substituta filijs Testatoris, ac descendentibus eorum. At in cap. 74. legatum recta via fuit collatum in ipsam familiã. Ideo minor est similitudo cum isto cap. 74. quàm cum illis tribus. Propterea sicut in alijs venit sola familia antiqua sine aggregata, propter verbum illud PER LINEAM MASCVLINAM, vt supra ponderatum est, ita & in cap. 7. præcitato: Non autem sic disposuit Testator in cap. 74. vbi clare vocauit ad legatum, tam familiam veterem, quàm nouam aggregatam. Et ratio discriminis fuit, quia in legatis cap. 52. 69. & 72. & in cap. 7. Codicillorũ,

in quibus vocauit filios, & descendentes, volens post eos familiam substituere, non fuit necessarium vti verbis generalibus, & aptis ad continendos descendentes prædictos, qui extincti supponebantur tempore purificãdæ substitutionis, secus in cap. 74. vbi cum res in eo legatæ non fuerint prius relictæ filijs, sed eis viuentibus esset ad illas vocata iure legati, & non substitutionis, familia prædicta, consentaneum fuit, vt in hoc numero etiam filij continerentur. Ideo ne viderentur exclusi, prout exclusi erãt ex qualitate verborum, quibus vsus fuit in tribus Capitulis supradictis testamenti, adiecit illa verba, » Natis ex stirpe, & sangui- » ne Pij II. & Pij III.

Quibus verbis licet negari non possit, quin contineantur Piccolominei Neapoli degentes, tamen intentio Testatoris, non fuit addere dicta verba propter eos; Et quod sit verum, patet, quia illos separatim vocauit in casu contrauentionis, vel negligentiæ; & quemadmodum non cogitauit eos, tamquam absentes, posse cum alijs assistere executioni onerum à Testatore iniunctorum, ita quoque non intendit principaliter eos facere ipsius legati participes, nisi per quamdam consequentiam, nolens eos signanter excludere. Et hæc est ratio, cur in prædictis tribus capitulis, dum familiam suæ soboli substituit, solam originariam familiam vocauit. Sed dato, quòd ad solius dicti cap. 74. esset habenda ratio, vbi copulatiuè Testator fuit loquutus, vt ex aduerso ponderabatur.

Respondemus repugnare ipsius copulæ naturam, quæ cum
127 augendi vim † habeat, *l. ex tamen adiectio, ff. de leg. 3. Glos. in rubr.*
ff. de iure, & fact. ignor. Ias. in l. 1. ff. de iust. & iur. à proprietate non
est, nisi magna ex causa recedendum, *l. non aliter, ff. de leg. 3. Ideo*
Sim. de Prat. de interpret. vlt. vol. lib. 2. interpret. 3. dub. 1. sol. 3. nu. 113.
128 ait, copulam in dubio esse † extensiuè, non restrictiuè capiendam, *secundum Bald. d. l. 1. Alex. cons. 255. nu. 14. lib. 1. cons. 101. nu. 9. & cons. 110. nu. 12. lib. 3.*

Dubitari autem hoc loci potuisset, an Ascititij, & descendentes ex sororibus Pij II. continerentur numero eorum, qui sunt de
domo Piccolominea, tum quia verba etiam in vltimis volunta-
129 tibus plerumque † naturaliter, non ciuiliter capiuntur, *l. fideicommissa, ff. de condit. & demonstr. l. fin. C. de his, qui ven. ætat. Bald. cons. 73. nu. 8. lib. 1. Ancar. cons. 225. num. 1. Caphal. cons. 81. num. 71. & cons. 111. nu. 3.* Tum verò quoniam à superioribus legatis, dum familiam Piccolomineam substituit de sola originaria sensit ob illa verba, PER LINEAM MASCVLINAM. Propterea cum postmo-

„ dum in dicto cap. 74. dixisset Testator, Lego toti domui, siue
„ progeniei de Piccolomineis, voluit non immeritò explanare
130 sensum illius dictionis, TOTI, propterea subiecit † aduerbiũ,
VIDELICET, quod est declaratiuum, *l. 1. ff. de cond. & demonstr. Bar. in l. 1. ff. ad l. Aquil. Ruyn. consf. 97. nu. 15. lib. 2.*

Et quoniam domus hæc constat ex his, qui nati sunt ex Stirpe, & sanguine Piccolomineorum, necnon ex ascititijs, & isti quidem in duplici sunt differentia, alij namque sunt ex sororibus Pij II. Pontificis Maximi prouenientes, alij pænitus extranei, quorum aliqui in supradicti testamenti capite 83. & 97. Piccolominei de Sarteano, & Piccolominei de Aquila à Testatore vocantur, & alij similiter extranei, qui hoc cognomine donati fuerunt sicut Nobilis Gregorius Lollius, postea dictus Piccolomineus, dũ à secretis Pij II. esse cæpit. Item Alexander Miraballus, Piccolomineus, Oeconomus Aulicus eiusdem Pij. Nicolaus Testa de Piccolomineis Pientinus Episcopus anno 1472. creatus, & alij plures, quos longum esset omnes recensere.

Idcircò ad horum omnium exclusionem, & aliorum Ascititiorum compræhensionem oportuit eam declarationem sub-
131 nectere, atque hoc pacto, dictio, VIDELICET, respectu † istorum alienigenorum, stabit etiam restrictiuè, *Ias. in l. tempus, ff. de re iudic. Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt. lib. 2. interpret. 4. dub. 2. fol. 5. nu. 63.* Et hæc videtur plana, & nitida dicti capituli 74. intelligentia, vt omnia sint cum ministerio adhibita, & ne minimum quidem verbum ociosum existat, quemadmodum è contra, forent pleraque superflua, si copula illa, ET, staret expositiuè pro, IDEST, vt supra dicebatur, siquidem potuisset Testa-
„ tor alijs verbis omissis dicere, confestim, videlicet, Natis ex stir-
132 „ pe, & sanguine fæl. mem. Pij II. & Pij III. superfluitas † namque in testamẽtis omni studio euitari debet, *l. si quando, ff. de leg. 1.* Et sunt referta de hoc volumina interpretum, & consulentium, *Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 6. nu. 1.*

Item nec vsus fuisset in primis vniuersali illa dictione, TOTI DOMVI, si de tam breui eius particula intellexisset. Vnde etiam corruit altera expositio, vt requiratur concursus duorum copulatorum, non enim desideratur in eodem subiecto, sed distributiuè in diuersis, ex quibus componitur totalitas familiæ Piccolomineæ, ad legatum vocatæ, idest tàm ex antiquis Piccolomineis, quàm ex aggregatis, dummodo aggregati non sint de illis pænitus extraneis, quoties namque copulantur plura per se, nõ
133 respectu ad aliud, verificatur sermo in quolibet † copulatorũ

nec

nec exigitur eorum concursus, *iuxta Teoricam Bart. in l. si is qui decenta, §. vtrum, ff. de reb. dub.*

134 In dubio autem † copulatio fit plurium inter se, nulla alterius subiecti habita ratione. *Idem Bart. in l. 1. ff. de iust. & iur. Rolan. cons. 79. nu. 23. lib. 3. Surd. decis. 272. nu. 35.*

Sunt igitur diuersæ Piccolomineorum species, & sigillatim in legato comprahensæ, nimirum natorum ex antiquis Piccolomineis, & ex aggregatis à dictis sororibus Pij II. 135 descendentibus, necnon Pij III. hæc etenim † verba, „Ex stirpe, & sanguine „Pij II. & III. in ijs Pontificibus, qui prolem non habuerunt, necessariò intelligenda sunt contentiuè, non effectiuè, *Sim. de Pret. de interpret. vlt. volunt. nobis pag. 291. nu. 43. vbi allegat*, & cum non 136 adessent masculi, intelligendæ sunt fœminæ, quæ etiam † dicuntur de stirpe, vt supra dictum est, *Dec. cons. 223. in princ. cons. 570. nu. 9. Ruyn. cons. 117. nu. 14. lib. 2. Soc. Iun. cons. 13. num. 17. lib. 3. Sim. d. tract. pag. 293. nu. 67.*

Ad secundum fundamentum, propositum cum eadem suppositione relationis ad cap. 74. testamenti (quam tamen nos negauimus) & sumptum ex diuersitate familiarum, & ex ponderatione dictionis, VIDELICET, quæ dicitur stare restrictiuè.

Respondetur primò, quòd restrictiuè accipi potest, sed ratione eius qualitatis, „Videlicet masculis legitimis, & naturalibus, Nam vniuersalitatem totius familiæ restringit ad illas qualitates, vt sint masculi, & vt sint legitimi, & naturales.

„Quo autem ad subsequentia verba, Natis ex stirpe, & sanguine, „Piccolomineorum, & ex stirpe, & sanguine Pij II. & Pij III. non

137 dicitur stare restrictiuè, sed aut † declaratiuè, aut demonstratiuè, vt scilicet habeat vim declarandi, qui sint ij, qui fuerunt vocati sub nomine totius domus, & progeniei Piccolomineæ; Hàc enim etiam significationem habere dicitur verbum illud, VIDELICET, vt stare quoque dicatur declaratiuè, maximè in his speciebus, quæ enumeratæ, & comprahensæ fuerunt post illud, *Dec. cons. 302. nu. 5. Ruyn. cons. 97. nu. 15. lib. 2. Bero. cons. 72. nu. 8. lib. 2. Menoch. cons. 21. nu. 27. cons. 249. nu. 43. & 44. Ceph. cons. 300. nu. 12. Sim. de Pret. de interpret. vlt. volun. lib. 2. pag. 157.*

Nec dicatur Testatorem in dubio præsumendum esse magis dilexisse familiam Piccolomineam aggregatam, à se descendentẽ, & sibi magis proximã; Conceditur enim, hoc verum esse posse regulariter, & absolutè, sed in hac parte, & in rebus contentis in

138 hoc legato capituli 74. dicitur pariter dilexisse † vtramque familiam, quia expressè vtramque vocauit, & vbi verba sunt clara, &

ra, &

ra, & clarus eorum sensus, non recurritur ad coniecturas, *Bart. in l. in ambiguo, ff. de reb. dub. & ibi Soccin. Sen. vers. prima conclusio, qui & alios refert, Menoch. de præsumpt. lib. 1. q. 26. nu. 3.*

Et non est inconueniens, quòd aliquo respectu familia extranea in casu nostro sit prædilecta propriæ familiæ. In re enim legata, aut donata dicitur prædilectus donatarius, licet in vniuersum hæres sit magis dilectus Testatori, quia in re legata

139 † legatarius loco hæredis habetur, *l. id tempus, §. in re legata, ff. de vsucap. Sard. qui plures refert cons. 237. nu. 6.* Et in specie, quòd in re legato legatarius dicatur magis dilectus, quàm hæres, probat *Cyn. in l. fin. in princ. C. comm. de legat. in Auth. hoc amplius, C. de fideicomm. Sim. de Petr. de interpret. ult. volunt. lib. 1. interpr. 2. dubit. 2. solut. 5. nu. 20.*

140 *quos refert Sard. cons. 236. nu. 55.* Sicut in simili dicimus, quòd † donatio causa mortis hunc operatur effectum, quòd velit potius donator se habere, quàm alium; sed alium tamen potius quàm hæredem suum, *l. 1. ff. de donat. causa mort. Clar. in §. donatio, q. 6.*

At si ratione coniunctionis præsumendum sit, Testatorem propriam familiam adamasse, non desunt tamen rationes, quibus probabiliter, & cum magna ratione dici possit, eum familiam Piccolomineam antiquam etiam dilexisse, & contemplatum fuisse, prout eam in dicto testamento multis in locis fecisse apparet, vt probatum fuit supra in nostris fundamentis. Et sanè

141 certum est ab ea familia, & cognomen, & insignia † & splendorem, & diuitias ingentes, non modo ipsum, sed alios omnes eius fratres recepisse ex Pontificatu Pij II. qui fuit ex dicta familia Piccolominea antiqua Senensi.

Non ergo mirum est, si ipse etiam eam amauit, & in aliqua parte beneficia maxima in se, suamq. familiam munificentissimè collata ex liberalitate, & affluentibus opibus Pontificis hoc pacto rependere voluit. Est enim à natura insitum, vt benefa-

142 cienti † benefaciamus, & erga benefactorem oritur obligatio illa, quam vocant DD. ad Antidora, in *l. ex hoc iure, ff. de iust. & iur. vbi Gloss. & Bart. sub num. 11. necnon Ias. sub nu. 52.* præterquam quòd, si diligenter mens Testatoris perpendatur, in capitulis testamenti à 74. vsque ad 100. animaduertere licebit, ex oneribus per eum dictæ familiæ à se honoratæ, impositis, perpetuitatem adimplementi, & executionis eorum cogitasse, quæ perpetuitas longè diutius vigere poterat penes numerosam familiam, & probabiliter magis duraturam (qualis erat tota familia Piccolominea originaria) quàm penes aggregatam, & sic non solum amore dictæ familiæ, à se meritò honoratæ, sed etiam sui

O ipsius

ipſius gratia,& ad tuendas proprias diſpoſitiones, dicta legata ei conſuliſſe videtur.

Ad tertium argumentum ex his, quæ modò excitantur, Reſpondetur non valere ſequelam, in cap. 32. & 35. enumerantur per nomina diſtributiua omnes de familia aggregata; ergo ijdem continentur ſub nomine collectiuo totius Piccolomineæ domus in alijs capitulis, quia potius è contra affirmandum eſt; quòd ſi Teſtator conſueuit Piccolomineos aggregatos ſingulariter enumerare, prout in cap. 32. & 35. fecit, ita quoque alibi feciſſet, nõ autem poſt aliquos eorum totam progeniem Piccolomineam ſubſtituiſſet, & cũ eam ſubſtituerit tribus vicibus, aut quattuor, numquam ſe referendo ad capitula, quibus deſignauit dictos aggregatos; nec nos ad illa capitula cogimur aliquam habere relationem, quo minus accipiamus nomen totius familiæ pro
143 originaria, & antiqua, & repetitio † numquam fit, cum omiſſio, vel expreſſio arguant diuerſam Teſtatoris voluntatem, *Sim. de Pret. conſ. 90. nu. 92. Menoch. conſ. 575. nu. 28.* Et quando diſpoſi-
144 tiones ſunt ſeparatæ, repetitio numquam inducitur, † *Bart. in l. in repetendis, ff. de leg. 1. & conſ. 39. nu. 2. lib. 1.* Præſertim cum ſint addita verba, quæ impediunt fieri d. relationem, & repetitionẽ ſpecificationis, & prorſus excludunt aggregatos, qui nõ deſcendunt per lineam maſculinam iuxta qualitatem à Teſtatore requiſitam, dum dixit, » Succedat tota domus Piccolominea, de- » ſcendens per lineam maſculinam; quæ verba non ſolum in cap. 52. ſed etiam 69. & 72. eiuſdem teſtamenti, nec ſine miſterio repetita ſunt.

Neque dicatur, ea poſſe verificari in familia aggregata (quãquam originem habente à fœminis) vt ſcilicet in futurum admittendi ſint ſoli deſcendentes per lineam maſculinam ab aggregatis, & ſic quòd dicta verba reſpiciant futurum tempus, non autem præteritum. Quia reſpondemus quòd cum ſimpli-
145 citer, & indefinitè appoſita ſint, vel debent † vtrumque tempus complecti, nempe, vt non admittãtur, niſi qui originem habuerint à maſculis Piccolomineis, & ab eis per lineam maſculinam deſcenderint, vel debent potius continere tempus præteritum in hac materia, *l. ſi ita ſcripſiſſet, ff. de leg. 1. l. Iulianus, §. vltimo, & l. vxorem, §. teſtamento, ff. de leg. 3. Bart. conſ. 51. lib. 1. Dec. conſ. 95. Menoch. conſ. 96. nu. 75. conſ. 106. nu. 35.* & Teſtatoris voluntas iuxta tempus, quo diſpoſuit, conſideratur. *Socc. conſ. 6. lib. 1.*

Nulla enim ratio nos cogit, vt reſtringamus ſenſum ad tempus futurum, niſi cum ſuppoſitione, quòd familia aggregata,
non

non autem originaria substituta sit; sed hoc est id, de quo dubitatur.

Nec etiam obijciatur, quòd iuxta hanc interpretationem repellerentur descendentes ex Antonio fratre Testatoris, quod videtur absurdum; huic enim difficultati facilè occurritur, cum eos in alijs legatis honorauerit, ac substituerit, vt videri potest in cap. 32. 35. & 72. testamenti, nec mirum videri debet, quòd in alijs legatis familiam originariam prædilexerit, quòd si sub nomine totius domus Piccolomineæ de solis aggregatis sensisset, volens eos admitti post descendentes Aeneæ, Siluij, & Andreæ, prout in cap. 52. 69. & 72. Sanè hoc nomen familiæ non potuisset verificari, nisi in descendentibus Antonij, quos cum vnico
146 verbo substituere potuisset, arguitur † de ijs non sensisse, *l. vnica, §. sin autem ad deficientis, C. de caduc. toll. latè Tiraq. in l. si vnquam in ver. libertis, nu. 3. C. de reuocan. don. Crauett. cons. 61. nu. 14. Alciat. respon. 96. nu. 29. Honded. cons. 48. nu. 15. lib. 2.* Et sicut dixit admittendos Andreæ descendentes in cap. 32. & 35. ita post eos vocasset dictos descendentes Antonij, & superfluum, ac penè ridiculum omnino fuisset totam domum vocare, *Cur. Iun. cons. 15. nu. 11. in fin. Socc. Iun. cons. 94. nu. 20. lib. 3.*

" Et quod sub his verbis, Descendens per lineam masculinam non veniant vlli ex agregatis; patet etiam ex cap. 74. vbi intendens aggregatos sub nomine totius familiæ complecti secus ac in dictis tribus capitulis fecerat, de industria subdidit verba sæpius
" commemorata, videlicet, Natis ex stirpe, & sanguine Pij II. &
147 " Pij III. & modus † loquendi Testatoris plurimũ indicat eius voluntatem, *Ias. in l. qui filiabus, nu. 3. ff. de leg. 1. Ruyn. cons. 93. nu. 15. lib. 2. Soccin. Iun. cons. 3. nu. 42. lib. 1. Menoch. cons. 555. nu. 4. Honded. cons. 51. nu. 90. lib. 2.*

Et ad hoc faciunt plura eorum, quæ supra in rationibus decidendi attulimus, præsertim ex testamento D. Iacobi Testatoris reuocato, vbi quoties voluit substituere aggregatos omnes, quod sæpe fecit, singulorum nomina expressit; dum verò totam familiam vocauit ad legatum Camporseuoli, Porronæ, & Pala-
148 tij noui, de sola antiqua † necessariò intellexit, vt per nos inibi dictum est, & sic potius familiam, quàm personas considerauit, vt per *Menoch. cons. 173. nu. 32.*

Quartæ argumentationi occurritur, negando in primis, quòd cap. 69. in ea ponderatum, & faciens mentionem relatiuè, de pluribus capitulis testamenti, sit referendum, non ad cap. 52. sed ad cap. 32. & 35. vbi Piccolominei aggregati substituuntur, siquidem

dem numerus pluralis sæpe resoluitur in singularem, vt com-probatum est per vnum ex excellentiss. exaduerso Patronis; *per tex. in l. ait Prætor, §. negocia, ff. de neg. gest. ibi glos. l. non est sine liberis, cum l. seq. ff. de verb. signif. Bald. in l. sancimus, §. sin autem, C. ad trebell. in l. 1. C. de condit. inser. Alex. in l. de pupillo, §. si quis ipsi, ff. de nou. oper. nunciat. Ioann. And. in cap. pastoralis, §. præterea de off. deleg.* Licet enim ad aliud propositum id contra nos asseruerit, tamen eius dictum mirifice huic solutioni accomodatur, maximè dum hoc idem cap. 69. interpretatus est, eo ad vnguem modo, quo nos facimus, quòd si ad solum cap. 52. relatio fiat (vt ille fatetur) dictio, PROVT, indicabit prohibitionem alienationis ibi factam, & præterea restrictionem, ac declarationem, vt admittantur, quemadmodum ibi, soli maiores annis 25. exceptis Monacis, & Religiosis Mendicantibus.

Sed ne solum eius armis, quasi nostris destituti telis, contra aduersarios vtamur, germanam aliam afferimus interpretationē eorum verborum, dato quod in plurali numero, vt iacent, accipiantur. Eorum enim sensus pendet à relatiua illa dictione, PROVT,
149 qua mediante sese refert † Testator ad alia capitula, in quibus declaratæ sunt successiones, idest substitutiones, quas semper fecit per verbum, SVCCEDAT, & quotiescumque hoc verbo vsus est, tam in cap. 32. & 35. sæpissimè, quam in cap. 52. semper statim adiecit, & inculcauit prohibitionem alienationis, quemadmodum vnicuique diligenter obseruanti patebit. Quamobrem sicut in singulis prædictis successionibus, per verbum, SVCCEDAT, explicatis in capitulis tribus supra in testamento contentis, declaratum est, bona deuenire ad substitutos, cum prohibitione alienationis, ita pariter in cap. 69. deuenire debeat Palatium Bibbiani, ad totam Piccolomineam progeniem, ac domum similiter substitutam.

Ergo dictio illa, PROVT, non infert, quòd in dictis tribus capitulis sit vocata tota Piccolominea domus, sed quòd declaratio ibi facta in singulis succesfionibus, intelligatur etiam in præsenti succesfione, seu substitutione repetita, & sic determinabit „ dictio, PROVT, verbum principale, Deueniant, & deuenire de-„ beant, non autem collectionem totius familiæ, vt idem sit sensus, ac si loco familiæ aliquem extraneum vocasset, numquam supra commemoratum, quo casu nemo dubitaret, interpretationem, quam nos afferimus, esse lucidam, & planam, ac verbis, & intentioni Testatoris consentaneam, quæ ex adductis pro nostra sententia fundamentis, tam perspicua apparet, vt scru-

pulo-

pulosa ponderatione, quæ in contrarium fit, de dicti capituli verbis, subuerti non possit.

Et prædicta dubitandi ratio pænitus cessaret, si volentes aliquid deferre familiæ aggregatæ, eam vnà cum originaria vocatam fateremur, & sic relatio fieret ad cap. 74. & iuxta illud cap.
„ familiæ Piccolomineæ nomen acciperetur, scilicet, Pro natis ex
„ stirpe, & sanguine Piccolomineorũ, Et ex stirpe, & sanguine Pij
„ II. & Pij III. Hoc etenim pacto effugeretur scrupulus nobis obiectus, cũ verba dicti cap. 74. longè sint diuersa à cap. 69. & alijs, & adeò pregnantia, vt solam familiã aggregatã minimè cõtinere possint, additis præsertim coniecturis supra per nos cumulatis.

Ad quintum ex ordine fundamentum, quo dicebatur, prohibitionem alienationis vltra vitam vnius præseferre tacitum quendã ordinem succedendi inter plures, additis præcipuè alijs verbis,
„ Et non ad vitam plurium successiuè succedentium.

150 Respondetur, † huiusmodi verba non respicere personam honoratam, quæ vendat, sed personam emptoris, vel illius, in quem fiat alienatio, ne scilicet venditio possit fieri vltra vitam acquirentis, qui transmittat res alienari prohibitas ad vnum, vel plures gradus suorum hæredum, ac descendentium, & successiuè succedentium, quod solet fieri in concessione emphyteusis ad secundam, tertiam, vel quartã generationem; Nam hoc modo perpetuaretur alienatio in maximum substitutorum præiudicium; Voluit ergo Testator posse fieri plures alienationes ad vitam plurium, non autem vnam simul, & semel, cum hac conditione, vt plures personæ inuicem sibi succedant; itaut per mortem primi, bona non reuertantur ad alienantem, quo sequuto, concessit rursus fieri posse alienationem ad vitam alterius, & illo mortuo, ad alterius vitam repeti posse, vt dilucidè intentionẽ suam explicauit in d. cap. 72. quia voluit, vt alienatio finiretur per mortem vnius, qua sequuta, legatarij alienantes, vel eorum filij, possent ad bona alienata habere regressum, quod non contigisset, si in ipsomet contractu alienationis esset data succesio, per pactum inter plures acquirentes, vt vno mortuo, alius in re alienata succederet, siue per ius accrescendi, siue per substitutionem, & hoc important verba prædicta, SVCCESSIVE SVCCEDENTIVM, quæ non sunt superflua; vt pars aduersa prætendit, sed maximò cum misterio posita: Quia si ea omisisset, dicendo simpliciter, AD VITAM PLVRIVM, potuisset dubitari, an esset prohibita alienatio, repetita diuersis vicibus ad vitam plurium, quam Testator expresè concesit d. cap. 72. vt proximè ponderauimus;

mus; ideo cum nollet in cap.74. id prohibere, adiecit verba prædicta, vt isti plures, in quos fiat alienatio, non possint vnus alteri succedere in d. acquisitione, sed noua alienatione, nouoq. contractu opus sit; & sic prædicta capitula sibi inuicem maximo concentu respondent, iuxta illud, quòd vna testamenti pars solet aliam declarare, *Bart. in l. Centurio, num. 27. ff. de vulg. & pup. Socc. Iun. cons. 101. nu. 27. lib. 1.* Et ideò † si appareat in vna parte
151 testamenti, in qua significatione fuerit acceptum aliquod verbum, siue nomen, seu aliqua orationis conceptio, quæ posset pluribus modis intelligi, præsumitur in eadem significatione fuisse apposita, si dubium oriretur, *Bart. vbi supra, quem sequitur Paris. cons. 73. nu. 8. cons. 86. nu. 11. lib. 2. cons. 72. nu. 84. lib. 4. Clar. in §. testamentum, q. 76. vers. hinc in fortiori, per l. qui filiabus, §. 1. ff. de leg. 1.*

Et prædicta Testatoris ordinatio iuri maximè consentanea
152 est, vt concessa alienatione ad vitam † acquirẽtis pro ijs rebus, quæ in perpetuum alienari nequeunt, nõ liceat in fraudem apponere in contractu conditionales alienationes, nec dare ordinẽ successiuum inter acquirentes, *l. bones, §. hoc sermone, cum sua materia, ff. de verb. & rerum signif. Alex. cons. 165. nu. 1. lib. 2. per tex. in §. neque. auth. de non alien. iuncto §. emphyteusis eod. tit.* vbi cum prohibita sit perpetua emphyteusis rei Ecclesiasticæ, sed solum con-
153 cessa † pro recipiente pro se, filijs, & nepotibus, si fuerit actum, quòd post secundam generationem debeat concedi tertiæ, non
154 valet conuentio, sicut † permissa locatione alicuius rei tantùm vsque ad triennium, non potest fieri in vno, eodemq. contractu, de triennio in triennium, & sic ordine successiuo vnius triennij ad aliud, quia per fraudẽ videretur induci perpetuatio, vel longinquitas temporis contra mentem concedentis, *Lapus alleg. 11. Felin. cap. Ecclesiarum, col. 34. vers. similiter, si fiat locatio extra de constit. Bald. in l. voluntas, col. 2. C. de fideicomm. Tiraq. de retract. conuent. in præfat. nu. 11.* Sed semper debet expectari finis vnius triennij, *Gem. cons. 37. nu. 3. vers. Itẽ pro hac parte, & cons. 121. per totũ, Oldrad. cons. 306. nu. 3. & 4.*

Et hæc interpretatio non modò probabilis est, sed & necessaria stantibus his, quæ diximus pro expositione d. cap. 74. in quo impossibile fuit, quòd gradatim essent vocati Piccolominei, cũ essent admissi à principio omnes coniunctim, vt supra latè comprobatum fuit, & inferius dicetur.

Et non solum necessaria est expositio huiusmodi, verũ etiam vsui communi consentanea, cum rarò accidat, alienationes fieri ad
155 vitam alienantium, sed frequentissimè ad vitam † acquirentium, Quemadmodum experientia docet, *c. quam sit de elect. in 6.*

Imol.

Imol. conf. 43. in pr. Alex. conf. 115. num. 4. lib. 7. & Teſtator creditur
156 potius † reſpexiſſe,quod frequenter,quàm quod rarò euenire ſolet, *l. nam ad ea, ff. de leg. l. quadam, §. numularios, ff. de eden. Crauett. conf. 6. nu. 2. conf. 40. nu. 2.* Et ſic patet, ſolutionem hanc non eſſe ſubtilem,& capillo ſimilem,vt aduerſarij obiectant, ſed (ni fallimur) fortem,& multiplicis funiculi inſtar.

157 Sextæ rationis dubitandi ſuccedit ſolutio, † quæ nitebatur ijs verbis, MODO, ET ORDINE, in cap. 7. Codicillorum,quæ præſeferre videntur,ordinem ſucceſsionis, qui non in alio teſtamenti capitulo apparet,quàm in 32. & 35. vbi inter Aggregatos tantùm Piccolomineos eſt facta ſubſtitutio,& ordo ſeruatus.

Nos verò è contra contendimus, relationem eſſe faciendam ad ea capitula,in quibus ſub nomine collectiuo tota familia Piccolominea ſubſtituta eſt, & antequam expoſitionem afferamus prædictarum dictionum, MODO, ET ORDINE, de quibus etiam diximus ſupra in rationibus decidendi, repetendum, & indubitanter retinendum eſt, quòd huiuſmodi familia fuit tota vnico gradu,& pariformiter vocata; dum enim dixit, TOTAM, Teſtator non intellexit, vt tota paulatim vocaretur per ſæcula futura, donec vel minimus ex ea extaret (vt Domini aduerſarij credunt) ſed inſimul omnes; quod diffusè in dictis rationibus decidẽdi demõſtrauimus: Alioquin repugnaret teſtamenti cap. 91. cum pluribus antecedentibus,& ſubſequentibus,vbi cogitauit Teſtator multitudinem legatariorum(vt in quarta coniectura oſtendimus) quæ multitudo dari non poterat, ſi gradatim, pauci quidam proximiores de familia admittendi fuiſſent, non autem turmatim cuncti, vt loquuntur omnes exaduerſo DD. Conſultores,turbam hanc pro maximo abſurdo habẽtes, ſi admitteretur: Sed oportebat ipſos reſpondere dicto cap. 91. cum alijs,non autem conniuentibus oculis illa pertranſire,quibus ſic ſtantibus,memoratæ dictiones implicabunt modum,& ordinẽ, quatenus in prædictis capitulis, totam familiam Piccolomineã ſic formaliter vocantibus,inſerta fuit prohibitio alienationis rerum legatarum,in totum,vel in partem,niſi ad vitam vnius tantùm,& ſubſtitutus D. Dux Amalphiæ, & D. Marchio Lecceti, & alij,item excepti Monaci, & Religioſi Mendicantes, item minores annis 25. Item deſcendentes per lineam fæmininam, & denique multa onera eidem familiæ in compenſationem honoris impoſita fuerunt à cap. 74. vſque ad 94. & in cap. 99.

Dictio etiam, ORDINIS, demonſtrat nouiſſimum locum, & vocationem dicti Ducis,& Marchionis in caſu negligẽtiæ,quod

quem-

quemadmodum in cap. 52. 69. & 72. familia prædicta postremum in vocatione locum obtinuit, ita quoque in cap. Codicillorum prædicto, non vt per nomen, ORDINIS, intelligamus ordinem successiuum fuisse datum, vbi Testator, nec quidem de illo cogitauit, præterquam quod (vt est iam dictum) sicut dispositio, quæ sui natura ordinem præsefert, ac situationem cuiuscumque rei aptis, & congruis locis, ad quæcumque decreta vltimarum voluntatum refertur, *§. disponat Auth. de nupt.* idem de ordine dicitur, *facit tit. instit. de testam. ordina. l. inter cetera, ff. de lib. & posthum. l. Caius, ff. de pignorat. act.* Et si hoc fieret abusiuè ex communi vsu loquendi, quod negamus, non ideo reprehensibilis foret interpretatio, quòd Testator minus eruditus, vel Notarius vulgari modo, & imperitè loquens, ORDINIS, nomen sumpserit, pro ordinamentis, siue ordinationibus, quarum ipse complures designauit, vti diximus, & sic voces, MODVS, ET ORDO, quasi synonimæ, non erit nouum, quòd fuerint per Tabellionem inculcatæ, cum tam is, quàm Testator plerumque abusiuè loquãtur, † *Mant. de coniect. lib. 7. tit. 3. nu. 7.*

158 Septimum, ac nouissimum fundamentum, quod velut Arietem appellatum audiuimus ab vno ex Dominis Aduocatis ex aduerso, minus deterrere nos debet, quàm cætera, cum validæ solutionis aggere ei resistere liceat; Dum enim ille ait, vocatos in cap. 7. Codicillorum, in casu alienationis, nempè Piccolomineos aliquos aggregatos, videri etiam ex tacita repetitione in casu mortis substitutos.

Respondemus huiusmodi extensionem nec menti, nec verbis Testatoris esse conformem. Etenim in d. cap. 7. in casu mortis

159 Siluij, & Aeneæ, & substitutorum prouisio † apertè facta est de tota familia Piccolominea, nec pro huiusmodi intelligentia recurrendum est ad aliqua testamenti capitula, in quibus sunt ordinati substituti in casu alienationis, qui est casus separatus, quamuis verè, nec in casu alienationis sit petenda aliunde prouisio substitutorũ, quæ fuit facta in eodemmet cap. 7. in persona naturalium ex dictis Testatoris filijs, qua occasione operæ precium erit sensum dictorum verborum explanare.

Facto namque legato Porronæ, & Palatij noui Siluio, & Aeneæ, subiecit statim prohibitionem alienationis, quocumque modo, vel tempore faciendæ, & studio breuitatis in hoc sese retulit ad testamenti capitula, alienationes prohibentia, & vbi erãt ordinati substituti, non quidem vt ij substituti censeantur repetiti in capitulo Codicillorum referente, quia repugnaret verbis sequen-

sequentibus, quibus Testator substituit in casum mortis naturales, & per consequens etiam in casum alienationis, iuxta disposita in cap. 98. & 100. testamenti, quo loci eosdem iussit in casu contrauentionis succedere, quos in tota serie testamenti contingente casu mortis, vocauit, cuius propositi censetur fuisse
160 etiam in Codicillis, non solum ex præsumptione † iuris, *l. non ad ea, ff. de cond. & demonstrat. Alex. conf. 81. nu. 4. lib. 5. Rom. conf. 295. nu. 8.* Sed etiam ex manifesta voluntate ipsius per relationem prædictam, ibi, PROVT IN DICTO TESTAMENTO.

Et si quæratur, quæ sint ista capitula, ad quæ facienda sit huiusmodi relatio, responderi posset esse ad cap. 32. 35. 52. & 69. principaliter faciendam, vbi iisdem Siluio, & Aeneæ, & omnibus eorum substitutis interdicta alienatio est, multis clausulis, & modis insertis, quas omnes ad Codicillorum prædictum caput transferri Testator voluit, non tamen propterea (vt diximus) repetitis eisdem substitutis.

Et quando postmodum in dicto cap. 7. subdidit alia verba, „ Et vbi sunt ordinati substituti in capitulis eiusdem testamenti, non intellexit de prædictis quattuor, sed de cap. 98 & 100. quibus (vt dictum est) generaliter statuit vocatos in casu mortis, censeri in alio casu etiam substitutos, & cum iam destinasset in d. cap. 7. substituere naturales, vt illico fecit, voluit etiã in clausula præcedenti prohibitoria alienationis id ipsum cauere, nempe, vt alienans haberet eosdem substitutos, qui dati sibi essent in casu mortis. Quibus ita ordinatis erat prospiciendum, ad quẽ bona deuenire debuissent extincta non solum Siluij, & Aeneæ linea, sed naturalium per modum Primogenituræ ei substitutorum, quo casu recordatus est Testator familiæ Piccolomineæ antiquæ sibi, Auunculo, fratriq. Summis Pontificibus, apprimè dilectæ, quã & ipse in testamẽto totam vocauerat per lineã masculinã descẽdentẽ, videlicet in sæpius adductis cap. 52. 69. & 72.

Ex quibus videtur pænitus resoluta omnis proposita quæstio etiam in ea parte, qua dubitabatur, an sola familia originaria substituta censeretur, quia de hac sola concludendum non dubitamus, quamque eam nec dilectam, nec cognitam Testatori, aut Summis Pontificibus fuisse, Aduersarij affirment.

Et si in casu mortis, de quo diffusè hucusque disceptatum est, eam
161 ad præsens † comprobauimus esse vocatam; patet etiam ex supradictis, & ex dispositis in cap. 98. & 100. eã admittendã fuisse, in casu etiam contrauentionis, quod proficit, ad fructuum consecutionem, qui ex die alienationis per Illustris. D. Scipionem

Q Picco-

Piccolomineum vltimum morientem ex dictis substitutis factæ de bonis Porronæ, familiæ prædictæ debentur, quemadmodum in processu demonstratum est, non solum alienationem sequutam, verum etiam scientiam alinantis concurrisse, itaut dubitari non possit ex huiusmodi euidenti contrauentione fuisse factũ locum substitutioni ad eiusdem familiæ fauorem, vigore prædictorum capitulorum irritantium ipso iure quascumque alienationes, & disponentiũ res alienatas illico deuoluendas, sequenti loco vocatis, vt in cap. 100. testamenti, quæ nulla iuris indigent allegatione, cùm factũ super eis exhibitum clarissimè appareat.

Quemadmodum ex deductis liquidò etiã constat, quòd vnâ cum familia originaria ad illud non concurrit aggregata, quia per lineam masculinam nequaquam descendit, & multo minus continetur in huiusmodi fideicommisso Illustriss. D. Siluius, non solum ex fæmina prouenieus, sed ex ea, quæ ex alia fæmina ortum habuit, si originem Patris spectemus: Si verò Matris Victoriæ, id ipsum dicimus, eam ex Laudomia procedere, & cũ ex ipsa Victoria ille natus sit, jam bina fæminei sexus origo, in eõdem D. Siluio consideratur, præterquam quòd Stirps ipsius à D. Catarina proueniens, numquam reperitur vocata in aliquo genere dispositionis factæ, tàm à dd. duobus Pontificibus Maximis, quàm à d. D. Testatore in ijs casibus, in quibus familiæ Piccolomineæ in vniuersum consulere voluerunt.

Atque ex his concludendum videtur in primo capite ad fauorem familiæ Piccolomineæ per mortem Illustriss. D. Scipionis fuisse purificatam fideicommissum, & Ducis Amalphiæ descendentiam superexistentẽ, & tanto minus Illustriss. D. Siluij superuinentiã huic purificationi nequaquã obesse, nõ quia dici possint ante familiã substituti, nec quòd simpliciter fuerint dicti descendentes in cõditione positi, ad qualificãdã familiæ substitutionẽ. Et verba illa, & SVBSTITVTORVM, ad descendentes Ducis Amalphiæ referri nequeunt, non vti substitutos, quia verè non fuerũt substituti, neque in suis bonis, neque ante familiam, neque filijs, & descendentibus ex Siluio, & Aenea, aut naturalibus nominatis, & vocatis in Codicillis, & substitutio in alijs bonis, & alijs personis facta de eis in alijs partibus testamenti, non potest operari, quòd qualitas illa, & SVBSTITVTORVM, posita in Codicillis eis adaptetur, aut conueniat. Non vti positos in cõditione, quia licèt verba, & SVBSTITVTORVM, ponant conditionem, tamen id agunt supposita qualitate substitutionis, & ideo non ad Ducem Amalphiæ, vel eius descendentes minimè substitutos, sed

ad fi-

ad filios naturales, qui fuerunt substituti, referenda sunt.

Non refragante in hoc, quòd verba illa dici possent superflua, quia non per hoc recedendum est à verborum vi, & significatione, clara, certa, & determinata, & potius tollerãda est superfluitas tamquã facta ratione maioris explicationis, & causa tollendæ dubitationis, quàm facienda interpretatio, verbis non conueniens, quinimò contraria.

Supposita purificatione fideicommissi, dictum fuit, primo loco familiam Piccolomineam originariam solam fuisse vocatam. In
„ Codicillis enim simpliciter dictum fuit, Succedat domus tota
„ & progenies Piccolominea, nec de stirpe, & sanguine Pij II. aut III. mentio facta fuit, & relatio, supposito, quòd sit ad cap. 74. testamenti, erit intelligenda de ordine, & modo succedendi, nec referri poterit ad expressionem personarum, vel si ad personas verba Codicillorum essent dirigenda, dicendũ erit ad cap. 52. 69. 72. habitã fuisse relationẽ, vbi de familia originaria disponitur.

Secundo loco dictum fuit, supposita relatione ad cap. 74. etiam respectu personarum in dicto capitulo, fuisse vocatam familiam originariam, licet forte non solam, & non ordine successiuo, sed omnes de familia simul, & semel, ex vi dictionis, TOTA, quæ dictio operatur, etiam comprehendi originariam, quæ verè, & propriè est, de qua multa à num. 83. vsque ad numerum 94.

„ Et verba prohibentia alienationem, Nisi ad vitam vnius, non au-
„ tem ad plurium successiuè succedentium, non refragantur huic significationi, quòd simul, & semel fuerit facta vocatio, vt latè deducitur à nu. 150. vsque ad nu. 156.

„ Et verba, De stirpe, & sanguine Piccolomineorum, plurimum adstipulantur originariæ familiæ, quia stirps, & consanguinitas, & agnatio sunt synonima; & ideò compræhendunt omnes de familia, & magis illos de familia originaria.

„ Et considerata fuit natiuitas illis verbis, Natis ex stirpe, & sanguine Piccolomineorum, quibus excluditur casus fictus.

„ Et verba, Ex stirpe, & sanguine Pij II. & III. posita esse dicuntur augumentatiuè, ad compræhendendum etiam familiam aggregatam vnà cum originaria, & dictionem, VIDELICET, vel stare restrictiuè respectu familiæ aggregatæ, vt scilicet, ex Ascititijs illi tantùm compræhendantur, qui sunt ex stirpe Pij II. non alij, vel declaratiuè, ad compræhendendos originarios, & aggregatos ex stirpe Pij II.

Et ideò inanis est prætensio, quòd sola familia aggregata fuerit vocata, idq. vlterius ex dispositis in cap. 74. & cap. 92. testamen-

menti deducitur, ponderando, quòd diuersæ debent esse personæ grauatæ, & vocatæ, de quo sub num. 101. vers. 4. principaliter, & num. 102.

Et hæc interpretatio, de per se clara, & manifesta, fuit roborata pluribus propositis coniecturis à nu. 103. vsque ad nu. 126.

Et quia in pluribus partibus testamenti familiam honorauit, & intellexit de originaria, vt in cap. 35. 52. 69. 72. & 104.

Et quoniam Lodia, & Apothecæ fuerunt semper possessæ à viris familiæ Originariæ, quæ Apothecæ continentur in legato, de quo in cap. 74. nec de eis fuit facta reuocatio in Codicillis.

Etiam quia multitudinis appellatio, de qua in testamento, non potest verificari, nec congruè verificatur in aggregatis solis, numero paucis.

Et commendatio Viduarum, Pupillorum, & pauperum de dicta domo, eamdem interpretationem coadiuuat, & verba, & dispositio testamenti in tempore præsenti, mortis scilicet Testatoris, verificantur, illudq. compræhendunt.

Et ex Bullis Pij II. qui in donatione Palatij, & in quibusdam Canonicatibus vocat familiam originariam post descendẽtes à Laudomia sorore, & ex Bulla Pij III. qui post descendentes à fratribus in duobus Canonicatibus vocauit d. familiã, conijci potest voluntas Testatoris ad exemplum dd. Pontificum, propensa erga familiam Piccolomineam originariam.

Et testamentum reuocatum eamdem præbet coniecturam, ex quo non inconuenit ab eo voluntatis interpretationem elicere.

Ex quibus omnibus apparet optimum ius fouere familiam originariam in præsenti fideicommisso, primum ex contrauentione, tum verò ex morte Illustriss. D. Scipionis, ad eius fauorem purificato, eamq. solam, cæteris omnibus Piccolominibus exclusis, ad bona (de quibus agitur) esse vocatam.

Et ita Iuris esse arbitramur, saluo semper, &c.

Ad Summi Dei laudem.

Ego Bernardinus Nerettus I. C. & Aduocatus Florentinus, communicatò Consilio, vnà cum infrascriptis Excellentiss. DD. Aduocatis.

Ego Franciscus Accarisius ll. Professor, & Aduocatus Senensis.

Ego Sebastianus Cellesius I. C. Pistoriensis, & Aduocatus Florentinus.

F I N I S.

Selecta quædam Capitula ex Testamento, & Codicillis Illustrissimi olim D. Iacobi Piccolominei de Aragonia Senioris, ad controuersiam ampli DD. Piccolomineorum Fideicommissi, pertinentia.

IN DEI NOMINE AMEN, Eiusq; Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ, totiusq; Curiæ Cœlestis triumphantis.



AGNIFICVS, & generosus Vir Dominus, D. Iacobus olim Domini Nannis de Piccolominibus de Castella de Aragonia, Eques præstantissimus Senen. & Comes Palatinus, nec non Montis Marciani in Prouincia Marchiæ Anconitanæ Diœcesis Senogalliensis pro Sacrosancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius, & Dominus, sanus Corpore mente, sensu, & intellectu considerans prudentissimè quòd nil certius morte, & nil incertius hora mortis, volens de statu, & bonis suis disponere per præsens nuncupatiuum Testamentum, quod dicitur sine scriptis in infrascriptum modum facere procurauit, & fecit, disposuit, & ordinauit, videlicet.

In primis quidem commendauit animam suam Omnipotenti Deo, & Gloriosissimæ eius Matri Mariæ; totiq; Curiæ cęlesti triumphanti.

Item disposuit ipsum sepelliri.

1 Item reliquit Ecclesiæ Sancti Petri de Sinigaglia solidos quinque, &c.

2 Item Archiepiscopatui Senen. & Ecclesiæ Cathedrali Senen. solidos quinque pro quolibet, &c.



3 Item Sacristiæ dictæ Ecclesiæ vnam Crucem Argenti cum Armis Reuerendissimi Cardinalis Senen. &c.

4 Item dictæ Sacristiæ vnam Pacem de Argento ponderis librarum quatuor deauratam, &c.

5 Item operæ Ecclesiæ Cathedrali Pientiæ duo prædia, &c.

6 Item d. operæ ducatos mille auri largos, &c. expenden. in bonis immobilibus, &c.

7 Item Sacristiæ dictæ Ecclesiæ vnum baccinum cum suo vase de argento, &c.

8 Item dictæ Ecclesiæ ducatos duo mille auri largos expenden. pro reparatione dictæ Ecclesiæ, &c.

9 Item Cappellæ S. Iacobi sitæ in prædicta Ecclesia tertiam partem vnius prædij, &c.

10 Item eidem Cappellæ vnum hortum vnius starij, vel circa, &c.

11 Item Magistro Scholæ reliquit vnam apothecam, &c.

12 Item supradicto Magistro Scholæ vnum petium terræ vineatæ stariorum quatuor, &c.

13 Item prædicto Magistro vnum hortum vnius starij, &c.

14 Item Ecclesiæ Cathedrali Sanctæ Mariæ de Monte Ilcino medietatem vnius Soccitæ bestiaminum.

15 Item dictæ Ecclesiæ vnum baccinum cum vase de argento, &c.

16 Item eidem Ecclesiæ vnum parum ampullarum de argento pon deris vnius libræ cum dimidia, &c.

17 Item societati Sancti Gherardi vnam Apothecam sitam in contrata Salicotti, &c.

18 Item Ecclesiæ Sancti Laurentij de Sarteano vnum baccinum cum vase de argento, & vnum parum ampullarum, &c.

19 Item eidem Cappellæ ducatos 15. auri largos, &c.

20 Item dictæ Cappellæ Florenos 500. de lib. quatuor pro Floreno, &c.

Ad quæ omnia, & singula suprascripta, & infrascripta exequen. satisfacienda, & debitæ executioni mandanda præfatus Dominus Testator reliquit, instituit, voluit, fecit, & ordinauit suos fideicommissarios, & exequutores fore, & esse Reuerendissimum

dissimum Dominum Ioannem Archiepiscopum Senensem, Reuerendum Dominum Aldellum de Piccolominibus Episcopum Suanensem, Reuerendum Dominum Franciscum de Piccolominibus Episcopum Bisignani, Reuerendum Dominum Hieronymum de Piccolominibus Episcopum Pientinum, Dominum Frãciscum Nannis de Sarteano Canonicum Senensem, Ser Andream Stephani Cecchi de Pientia, & Andream Ioannis Theutonicum.

21 Item D. Christophoræ Piccolomineæ de Columna Vxori suæ, vsumfructum vnius prædij cum domibus, &c.

22 Itẽ Dominæ Christophorę Florenos 48. pro quolibet anno, &c.

23 Item D. Christophoræ vsumfructum vnius domus in Ciuitate Anconæ, &c.

24 Item D. Christophoræ vsufructum vnius possessionis cum domibus in Ciuitate Anconæ, &c.

25 Item D. Christophoræ vsumfructum vnius domus sitæ in Castro Murri, &c.

26 Item D. Christophoræ vsumfructum omnium possessionum sit. in Curia d. Castri, &c.

27 Item D. Christophoræ habitationem in Castro Montis Marciani ad suum vsum, &c.

28 Item D. Christophoræ omnia pannamenta, & Vestes, &c.

29 Item D. Christophoræ vsumfructum Canouæ ad retinendum vegetes in d. Castro, &c.

30 Item d. Christophoræ decem bestias Vaccinas ætatis trium annorum de branco maiori, &c.

31 Item declarauit quòd omnia, & singula prædicta legata facta præfatæ Dominæ Christophoræ eius Vxori.

32 Item reliquit iure institutionis præfatus Monte Marciano Dominus Testator Magnifico Domino Siluio eius filio primogenito Vicariatum Castri Montis Marciani suprascripti cum mero, & mixto Imperio, & cum omnibus illis immunitatibus, & modis, quibus præfatus Dominus Testator habuit à Felicis memoriæ Pio Secundo, prout in Bullis patet, & cum omnibus

nibus supellectilibus, & massaritijs, & bestiaminibus cuiuscunque generis, & cum omnibus alijs pannamentis, & artigliarijs, & denarijs contentis, & descriptis, & qui apparent in libris computum ad introitum, & exitum dicti Castri Montis Marciani, & alijs rebus, quæ tempore mortis præfati Domini Testatoris in dicto Castro Montis Marciani, & eius Curia reperientur; cum hac conditione, & declaratione; quòd dictum Vicariatum, & eius Territorium, & Iurisdictionem in toto vel in parte ipse Dominus Siluius non possit vendere, hypothecare, aut in dotem tradere, seu aliquo vis modo, vel quæsito colore distrahere, vel alienare: Sed perpetuis futuris temporibus sit, & remaneat ipsius Domini Siluij, & eius primigeniti masculi, seu primigeniti filij sui masculi, seu alterius ipsorum posteri, & primigeniti per rectam, ac legittimam lineam descendentis: Ita quòd semper sit, & remaneat primigeniti, seu primogenito descendentis, seu descendenti ipsius Domini Siluij masculi; cum simili lege, & prohibitione, quòd nullo vnquam tempore possit alienari, in dotem tradi, vel quouis quæsito colore distrahi. Et si contigerit (quod Deus auertat) ipsum Dominum Siluium, vel eius natos, & posteros mori sine primogenito masculo legittimo, & naturali, vel ipsum effici Clericum, aut Religiosum, & filios masculos non haberet legittimos, & naturales; tunc, & eo casu in dicto Vicariatu succedat Dominus Eneas alter filius præfati Domini Testatoris, si tunc viueret: sin autem primusgenitus ipsius Domini Eneæ, aut ex descendentibus ipsius Domini Eneæ per rectam, & legittimam lineam primusgenitus descendens ex dicto primogenito, si extat: sin autem succedat semper secundusgenitus ipsius Domini Eneæ & descendēs ex eo primusgenitus semper cum hac conditione, & declaratione, quòd, dicto casu eueniente, secundusgenitus legittimus, & naturalis ipsius Domini Eneæ succedat in omnibus iuribus & rebus, & bonis, in quibus successisset primusgenitus ipsius Domini Eneę, si casus non euenisset in personam ipsius Domini Siluij, vel eius primogenito

seu

ſeu deſcendenti maſculo legittimo, & naturali, cum ſimili prohibitione, quòd nullo vnquam tempore ſub quouis quæſito colore poſſint vendi, in dotem tradi, vel alienari vt ſupra, & ſi contigerit dictum Dominum Eneam vel mortuum eſſe, vel (quod Deus auertat) ex eo non ſupereſſe primumgenitum, nec ex ſua linea ſupereſſe primumgenitum legittimum, & naturalem, tunc, & eo caſu in ipſo Vicariatu ſuccedat Illuſtris Dux Alphonſus Dux Amalphiæ, & filius quondam Illuſtris Ducis Alphonſi nepotis ipſius Domini Teſtatoris. & ſi ipſe Illuſtris Dux non viueret, ſuccedat eius primusgenitus maſculus legittimus, & naturalis, & ſimiliter primusgenitus legittimus, & naturalis per rectam lineam maſculinam ex præfato Illuſtri Duce deſcendens, ſimili prohibitione ſemper appoſita, quòd nũquam per dictum Illuſtrẽ Ducem, aut eius primumgenitum maſculum, vel per alium primumgenitum per rectam lineam deſcendentem alienari, vel quouis quæſito colore diſtrahi poſſit, vt ſupra in alia prohibitione, ſed ſi contingat præfatum Illuſtrem Ducem tunc non viuere, vel (quod Deus auertat) non reperiri ex ſe, & ſua linea primumgenitum deſcendentem legittimum, & naturalem, tunc, & eo caſu ſuccedat in ipſo Vicariatu Illuſtris Marchio Don Ioannes filius quondam Illuſtr. Ducis Antonij fratris germani ipſius Domini Teſtatoris, ſi reperiatur; ſin autem primusgenitus maſculus legittimus, & naturalis per rectam lineam deſcendens ex præfato Illuſtri Marchione cum ſimili lege prohibente alienationem, vt ſupra, quæ ſemper repetita intelligatur. At ſi contingat tunc etiam ipſum Illuſtrem Marchionem, neque eius primumgenitum, neque ex ſua linea primumgenitum deſcendentem vt ſupra non reperiri, tunc, & eo caſu in ipſo Vicariatu ſuccedat primusgenitus ex Magnifico Domino Andrea de Piccolominibus fratre germano ipſius Domini Teſtatoris, aut primusgenitus deſcendens per rectam lineam legittimam, & naturalem, cum ſimili prohibitione, videlicet, quòd nullo vnquam tempore quouis quæſito colore dictus Vicaria-

tus

tus possit vendi, vel distrahi vt supra, sed semper in eo succedat primusgenitus masculus legittimus, & naturalis, firmo remanente legato supra facto Dominæ Christophoræ vxori præfati Domini Testatoris, cum omnibus iuribus, & pertinentijs suis antedictis.

33 Item reliquit. D. Siluio omnia bona, &c. existentia in dicto Castro, &c.

34 Item eodem iure institutionis reliquit eidem Domino Siluio eius primogenito partem suam Palatij siti Pientiæ infra suos confines, cum domo molæ oleariæ, & columbarij, & stabulo, & viridario, plateis, & omnibus suis iuribus, & pertinentijs, & cum illo iure, & statu, & successione, prout patet in Bulla donationis de ipso factæ per felicis memoriæ Pium Secundum auunculum ipsius D. Testatoris.

35 Item eodem iure institutionis reliquit eidem Domino Siluio eius primogenito omnia prędia, & possessiones, & domos, & fortilitias, & omnia alia bona mobilia, & immobilia, & semouentia, quæ habet, seu habebit in Castro, curia, & districtu, siue territorio Monticchielli, comitatus Senarum, cum omnibus supellectilibus, & massaritijs, & bestiaminibus cuiuscunque generis, & instrumentis, & cum omni quantitate grani, segetum, vini, olei, & aliorum fructuum, quæ in dicto palatio, prædijs, domibus, fortilitijs, & locis reperientur, seu qui reperientur tempore mortis præfati Domini Testatoris. Quæ omnia, videlicet, Palatium situm Pientiæ, cum stabulo, viridario, domo, molæ oleariæ, & columbarij, & plateis, & alijs suis iuribus, & pertinentijs, poderia, possessiones, domos, & fortilitias, & bona immobilia, quæ habet, seu habebit in dicto Castro, curia, & districtu, seu territorio Monticchielli, reliquit eidem Domino Siluio cum hac condictione, & declaratione, quòd ipse Dominus Siluius dictum Palatium, prædia, domos, fortilitias, & bona immobilia in toto, vel in parte non possit vendere, vel hypothecare, aut in dotem tradere, seu aliquo quouis quæsito colore distrahere, vel alienare; sed perpetuis futuris

Mótic chiello

futuris temporibus sint omnia, & singula prædicta ipsius Domini Siluij, & ipsi remaneant, & eius primigeniti masculi legittimi, & naturalis, & ipsorum posteri, & primigeniti per rectam, & legittimam lineam descēdentis, ità quòd semper sint, & remaneant primigeniti descendentis ipsius Domini Siluij masculi, cum simili lege, & prohibitione, quòd nullo vnquam tempore possint alienari, vel quouis quæsito colore distrahi. Et si contigerit ex dicto Domino Siluio non esse primumgenitum, succedat alius masculus secundusgenitus, donec supererit linea masculina legittima, & naturalis dicti Domini Siluij ordine successiuo, donec supererit aliquis masculus succedens ex dicto Domino Siluio, cum simili lege, & prohibitione, quòd nullo vnquam tempore quouis quæsito colore dicta bona posint distrahi, vel alienari, vt supra. Et si contingat (quod Deus auertat) dictum Dominum Siluium, vel eius natos, & posteros descendentes mori sine primogenito legittimo, & naturali, vel quando dictus Dominus Siluius efficeretur clericus, seu Religiosus antequam filios masculos susciperet legittimos, & naturales, vel casu quo omnis, & tota linea masculina dicti Domini Siluij legittima, & naturalis deficeret, ita quòd neque primusgenitus, neque alius masculus legittimus, & naturalis superesset ex dicto Domino Siluio; tunc, & eo casu in dictis Palatio, prædijs, domibus, fortilitijs, & bonis, succedat Dominus Eneas præfati Domini Testatoris filius, si tunc viueret: Sin autem primusgenitus ipsius Domini Eneæ per rectam, & legittimam lineam primusgenitus descendens ex dicto primogenito, si extat. Et si contingeret ex dicto Domino Enea non esse primumgenitum, succedat alius masculus secundusgenitus donec supererit linea masculina legittima, & naturalis dicti Domini Eneæ ordine successiuo, donec supererit aliquis masculus, ex dicto Domino Enea, cum simili lege, & prohibitione, quòd nullo vnquam tempore dicta bona possint alienari, vel quouis quæsito colore distrahi, vt supra. Et casu quo omnis, & tota linea masculina dictorum Domini Sil

tij, & Domini Eneæ legittima,& naturalis deficeret, ita quod neque primusgenitus, neque alius masculus legittimus, & naturalis superesset ex dicto Domino Siluio, & Domino Enea, seu ex quolibet ipsorum; & tamen superessent ex aliquo ipsorum filiæ fœminæ legittimæ, & naturales; tunc, & eo casu illæ seu si plures essent, illa quæ esset primagenita succedat in dictis Palatio, domibus, prædijs, fortilitijs, & bonis, dummodo nupta sit, vel nubat in Domo Piccolominea, & Piccolominibus viris nupta fuerit, vel nubat. Et casu quo ex dictis Domino Siluio, & Domino Enea, seu ex aliquo ipsorum non esset filia fœmina primagenita legittima, & naturalis, succedat alia filia fęmina secundagenita, donec supererit linea fœminina legittima & naturalis dictorum Domini Siluij, & Domini Eneæ ordine successiuo vt supra in filijs masculis, lege semper apposita, intellecta, & declarata, quòd nuptæ sint, aut nubant in Domo Piccolominea, & viris Piccolominibus nuptæ fuerint, aut nubant, aliàs in dictis bonis non succedant, neque in illis Ius vllum habeant, simili prohibitione semper apposita, & intellecta, quod nunquam per dictas fœminas, & earum descendentes per rectam lineam legittimam, & naturalem dictum Palatiũ, prędia, domos, fortilitias & bona alienari, vel quouis quęsito colore distrahi possint. Et si contigerit (quod Deus auertat) quòd omnis, & tota linea masculina dictorum Domini Siluij, & Domini Eneæ deficeret legittima, & naturalis, ita quòd neque primusgenitus, neq; alius masculus legittimus, & naturalis superesset ex dictis Domino Siluio, & Domino Enea seu ex quolibet ipsorum. Et similiter casu quo, omnis. & tota linea fœminina dictorum Domini Siluij, & Domini Eneæ deficeret legittima, & naturalis, ita quòd neque primagenita, neque alia filia fęmina legittima, & naturalis superesset ex dictis Domino Siluio, & Domino Enea, seu ex quolibet ipsorum, vel quòd non essent in Domo Piccolominea, & Piccolominibus viris nuptæ non fuerint; tunc, & eo casu in dictis Palatio, prędijs, domibus, fortilitijs, & bonis succedat Illustris

Dux Alphonsus, Dux Amalphiæ filius qu. Illustris Ducis Alphonsij nepotis ipsius Domini Testatoris. Et si ipse Illustris Dux non viueret, succedat eius primusgenitus masculus legittimus, & naturalis, & similiter primus genitus legittimus, & naturalis per rectam lineam masculinam ex prefato Illustri Duce descendens, simili prohibitione semper apposita, & intellecta, quòd nunquam per dictum Illustrem Ducem, ac eius primumgenitum masculum, vel per alium primumgenitum masculum per rectam lineam descendentē alienari, vel quouis quæsito colore distrahi possint, vt supra. Sed si contingat præfatum Illustrem Ducem tunc non viueret, vel (quod Deus auertat) non reperiri ex se primumgenitum descendentem legittimum, & naturalem, tunc, & eo casu succedat in dictis Palatio, prædijs, domibus, fortelitijs, & bonis Illustris Marchio Don Ioannes filius quondam Illustris Ducis Antonij fratris germani ipsius d. Testatoris, si reperiatur; sin autem primusgenitus masculus legittimus, & naturalis per rectam lineam descendens ex præfato Illustri Marchione, cum simili lege, & prohibitione prohibente alienationem vt supra, quæ semper repetita intelligatur. At si contingat tunc etiā ipsum Illustrem Marchionem, neque eius primumgenitum, neque ex sua linea primumgenitum, vt supra non reperiri, tunc, & eo casu in ipsis Palatio, prædijs, domibus, fortilitijs, & bonis succedat primusgenitus ex Mag. d. Andrea de Piccolominibus olim fratre germano ipsius d. Testatoris, aut primusgenitus descendens per rectam lineam legittimam, & naturalem, cum simili lege, & prohibitione, quòd nullo vnquam tēpore quouis quæsito colore dictum Palatium, & prædia, domos, fortilitias, & bona prædicta posint vendi, vel alienari, vt supra, sed semper in eis succedat primusgenitus masculus legittimus, & naturalis. Addens insuper præfatus d. Testator, quòd si præfatus d. Siluius haberet plures filios masculos legittimos, & naturales viuentes tempore eius mortis, quòd dictas domos, posseßiones, & fortilitias, & prædia, & omnia alia bona mobilia, & immo-

bilia in supradicto Castro, & Territorio Monticchielli sita, vt supra, dumtaxat possit, & valeat dare, relinquere, & diuidere inter supradictos eius filios legittimos, & naturales, & de ipsis bonis, & rebus disponere inter prædictos eius filios, prout voluerit, & sibi placebit. Et similiter si in dictis bonis in casibus supradictis succederet præfatus D. Eneas, & ipse D. Eneas similiter haberet plures filios masculos legittimos, & naturales viuentes tempore eius mortis; quòd possit, & valeat inter ipsos, eius filios diuidere, & disponere de eis, prout sibi placuerit: semper tamen intellecta supradicta prohibitione, quòd prædicta bona non possint vendi, neque alienari, prout supra declaratum est.

36 Item vnã clusam sit. in curia Pientiæ in contrata d. alleschio, &c.

37 Item d. Siluio vnã possessionẽ in contrata d. à Monte alleuo, &c.

38 Itẽ d. Siluio vnũ hortũ in d. curia in loco d. la porta al ciglio, &c.

39 Itẽ d. Siluio vnũ pratũ starior. 26. in d. curia in l. d. gharolfi, &c.

40 Itẽ d. Siluio vnũ pratũ starior. 2. in d. curia in l. d. alsantarello, &c.

41 Itẽ d. Siluio vnũ pratũ starior. 4. in d. curia, in l. d. al Põticello, &c.

42 Itẽ d. Siluio vnũ hospitiũ cum Vinea ad Balneũ ad vineone, &c.

43 Itẽ d. Siluio oĩa bona & Iura d. Christophoræ post eius obitũ, &c.

44 Item d. Siluio partem suam domus cum Viridario in Terzerio Sancti Martini pop. Sancti Vigilij, &c.

45 Itẽ d. Siluio aliquas domos, & apothecas in Terz. Camoliæ, &c.

46 Itẽ d. Siluio vnã possessionẽ in curia Piẽtiæ in l. d. Pocciano, &c.

47 Itẽ d. Siluio vnã possessionẽ cũ domib. sit. in cõi S. Reginæ, &c.

48 Item d. Siluio vnam possessionẽ in cõi Sancti Georgij à lapi, &c.

49 Item d. Siluio vnam possessionẽ in cõmuni Sancti Miliani, &c.

50 Item d. Siluio vnum baccinũ cũ vase de argẽto, & alia vasa, &c.

51 Itẽ d. Siluio oĩa ornamẽta Cappellæ Castri Mõtis Marciani, &c.

52 Item præfatus D. Testator iure institutionis reliquit Mag. D. Eneæ eius filio, legittimo, & naturali, Partem suam Vicariatus Camporseluoli, quem in cõmune, & pro indiuiso habet, & tenet cũ hæredibus Magnifici D. Andreæ de Piccolominibus ipsius D. Testatoris fratris germani, cũ mero, & mixto imperio,

Cãpor seruoli

& cum

& cum omnibus immunitatibus, modis, & conditionibus, quibus præfatus d. Teſtator habuit à felicis memoriæ Pio Secundo, vt in eius Bullis patet, & cum infraſcriptis conditionibus, & declarationibus, videlicet, quòd ipſe d. Eneas dictum Vicariatum Camporſeluoli in totum vel in partem non poſſit vendere, & hypothecare, aut in dotem tradere, ſeu aliquo quouis quęſito colore diſtrahere, vel alienare; ſed perpetuis futuris temporibus ſint omnia, & ſingula prædicta, & remaneant ipſius d. Eneæ, & eius primigeniti maſculi legittimi, & naturalis, ſeu primigeniti ſui filij maſculi legittimi, & naturalis, & ipſorum poſteri, & primigeniti per rectam, & legittimam lineā deſcendentis. ita quòd ſemper ſint, & remaneant primigeniti deſcendētis ipſius d. Eneæ maſculi; cum ſimili lege, & prohibitione, quòd nullo vnquam tempore poſſint alienari, vel quouis quæſito colore diſtrahi vt ſupra.

Et ſi contigerit (quòd Deus auertat) dictum d. Eneam, vel eius natos, & poſteros deſcendentes mori ſine primogenito legittimo, & naturali, vel alijs filijs maſculis legittimis, & naturalibus; tunc, & eo caſu in dictis bonis ſuccedat ſupraſcriptus d. Siluius filius præfati d. Teſtatoris, ſi tunc viueret, ſeu eius primusgenitus, aut alius eius filius maſculus legittimus, & naturalis per rectam, & legittimam lineam deſcendentem. Et ſi cōtingeret dictum d. Siluium non habere primumgenitum, aut ſecundumgenitum, aut alios maſculos vt ſupra; tunc, & eo caſu in ipſis bonis ſuccedat primusgenitus ex Mag. d. Andrea de Piccolominibus fratre germano ipſius d. Teſtatoris, aut primusgenitus deſcendens per rectam lineam legittimam, & naturalem, aut alius ſecundusgenitus, vel alius ſuperſtes maſculus legittimus, & naturalis; adeo quòd donec reperiantur filij maſculi ſemper maior natu ſuccedat, cum ſimili prohibitione, videlicet, quòd nullo vnquam tempore quouis quæſito colore dicta bona, vel aliqua ipſorum poſſint vendi, vel diſtrahi, vt ſupra; ſed ſemper in eis ſuccedat primusgenitus maſculus, vel ſecundusgenitus, aut alius ſuperſtes maſculus legittimus, & natura-

lis, vt supra dictum est. Et si omnes supranominati deficerent, tunc, & eo casu voluit, & disposuit dictus d. Testator, quòd in dictis bonis succedant tota domus Piccolominea descendens per lineam masculinam, & ætatis à viginti quinque Annis supra, exceptis Monacis, vel Religiosis mendicantibus; cum simili lege, & prohibitione, quòd dicta bona in totum, vel in partem alienari, vel distrahi non possint, vt supra.

53 Item declarauit, & voluit dictus d. Testator, quòd si casus eueniret, quòd ex dictis d. Siluio, & d. Enea eius filijs nõ esset, vel non reperiretur primusgenitus, tunc succedat alius filius masculus secundus, vel tertius genitus, donec superecit linea masculina legittima, & naturalis dictorum d. Siluij, & d. Eneæ, & simili ordine succedatur per alios masculos legittimos, & naturales descendẽtes ex alijs supra substitutis dictis d. Siluio, & d. Eneæ, & eorum, & cuiusque eorum posteritati legittimæ, & naturali, vt supra, & simili modo intelligatur in filijs præfati d. Siluij eius filij in eorum successione.

54 Item reliquit d. Eneæ partem suam Castri Montis Alphini in prouincia patrimonij, &c.

55 Item d. Eneæ Palatiũ de Marescotti cũ quadã domuncula, &c.

56 Item d. Eneæ medietatem quarumdam domorum, & apotecarum, in terzerio Camoliæ, &c.

57 Item d. Eneæ partem suam vnius possessionis in communi Marciani cum domibus, &c.

58 Item d. Eneæ partem cuiusdam domus in Ciuitate Pientiæ in quarterio Castri noui del murello, &c.

59 Item d. Eneæ partẽ suã vnius stabuli noui sit. in d. quarterio, &c.

60 Item d. Eneæ vnã domũculã sit. in d. quart. propè d. stabulũ, &c.

61 Item d. Eneæ vnum hortum cum duabus domunculis in d. Ciuit. & quarterio Castri noui del ciglio, &c.

62 Item d. Eneæ vnam possessionem in d. curia Pientiæ in l. d. la chiusa del cauallo, &c.

63 Item d. Eneæ vnum prędium sit. in curia Pientiæ, & in curia Petrorij detto il Palazzo di sopra, &c.

64 Item

64 Item d.Eneæ vnum prędiũ in d. curia Pientiæ d. Terrapille, &c,
65 Item d.Eneæ vnum prędiũ in d. curia detto di Cretaiuole, &c.
66 Item d. Eneæ vnum pratum ſtariorum nouem in d. curia detto el prato della conca, &c.
67 Item d. Eneæ vnum pratum ſtariorum quatuor in d. curia detta il Pratôlongo, &c.
68 Item d.Eneæ vnũpratũ ſtariorũ x.in d.curia l.d.alle pratella, &c.
69 Item eodem Iure inſtitutionis reliquit eidem d. Eneæ eius filio partem ſuam Tenimenti Palatij Bibbiani Cacciacontis, cum omnibus ſuis fortilitijs, domibus, predijs, & poſſeſſionibus iuxta, & infra illos confines, de quibus patet in diuiſione facta de dictis tenimentis, fortilitijs, domibus, & prædijs inter ipſum d. Teſtatorem, & hæredes Magnifici d. Andræ de Piccolominibus fratris germani dicti d. Teſtatoris: de qua diuiſione cõſtare dixit manu Ser Ruffaldi Pauli de Ruffaldis de Radicofono Notarij publici inde rogati. Et cum omnibus eorum iuribus, & pertinentijs, vt patet in dicta diuiſione, & cum omni genere beſtiaminis quod ibi reperientur tempore mortis præfati d. Teſtatoris, & cum omni quantitate grani, & ſegetum, vini, olei, & aliorum fructuum, qui, ſeu quæ tunc ibi reperientur, & cum omni debito, & credito mediariorum, quæ credita, & debita, & etiam Soccitæ quæ pertinent ad dictum Tenimentum, & cum omnibus ſupellectilibus, maſſaritijs, inſtrumentis, artigliarijs, & alijs bonis mobilibus, quæ ibi tunc reperientur. Cum hac conditione & declaratione, quòd non poſſit vendi, nec hypothecari, nec alienari, nec in dotem tradi, ſeu aliquo quouis quæſito colore diſtrahi, ſed perpetuis futuris temporibus ſint, & eſſe debeant ipſius d. Eneæ, & eius filiorum maſculorum legittimorum, & naturalium ſucceſſiuo ordine primogenitorum ſemper ſeruato, prout ſupra declaratum eſt. Et ſi contingeret (quod Deus auertat) dictum d. Eneam non habere filios maſculos legittimos, & naturales deueniant, & deuenire debeant in ſupraſcriptum d. Siluium eius filium, vel eius filios maſculos legittimos, & naturales. Et ſi acciderit quòd

Palazzo Caccia cõti hoggi Maſſaini.

ex dicto

ex dicto d.Siluio non extarent filij masculi legittimi, & naturales deueniant, & deuenire debeant in filios masculos legittimos, & naturales Magnifici d. Andreæ de Piccolominibus eius fratris germani. Et si euenerit casus, quòd non essent filij masculi legittimi, & naturales ex dictis filijs præfati d. Andreæ, tunc deueniant, & deuenire debeant ad totam domum, & progeniem Piccolomineam per lineam masculinam, prout aliàs in successionibus declaratum est in capitulis supra in testamento contentis.

70 Item reliquit eodem iure institutionis præfato d. Eneæ eius filio Palatiũ, & domos, & generaliter omnia, & singula bona mobilia, & immobilia, quæ ipse d. Testator habet in Castro, & Curia Sarteani iurisdictionis Senarum, cum prohibitione, quòd prædicta bona nullo quæsito colore, vllo vnquam tẽpore possint vendi, distrahi, neque alienari, modo, & forma, prout supra in alijs capitulis alienationem prohibentibus continetur.

Palazzo, & beni di Sarteano.

71 Item d.Eneæ vnam possessionem in d.curia l.d. il Quercieto, &c.

72 Item præfatus d. Testator reliquit eodem iure institutionis suprascriptis d.Siluio, & d.Eneæ eius filijs cõmuniter, & pro indiuiso domum, quã ipse d. Testator habet in Ciuitate Romæ in contrata, seu regione Sancti Eustacchij, & in Parrochia Sancti Sebastiani iuxta bona Hospitalis Francorum, vias cõmunes, & alia latera, quam diuisit cum Mag. d. Andrea de Piccolominibus eius fratre germano, cũ prohibitione, quòd prædicti d.Siluius, & d. Eneas non possint dictam domum vendere, hypothecare, neque quocunque alio quæsito colore alienare, nisi ad vitam vnius, & illo mortuo, ad vitam alterius, & similiter illo mortuo ad vitam alterius, dummodo alienatio non fiat totaliter, quòd præfati d.Siluius, & d.Eneas sint ipsa priuati, & eorũ filij, & quòd ad ipsã non posint habere regressum. Et casu quo prædicti d.Siluius, & d.Eneas eius filij remanerent sine filijs legittimis, & naturalibus, vel eorum alter, & similiter eorum filij (quod Deus auertat) tunc voluit, & disposuit dictus d. Testator, quòd dicta domus deueniat, & deuenire debeat ad Illustrem

Palazzo di Roma.

strem D.Ducem Amalphiæ, vel ad eius filios masculos legitti-
mos,& naturales;& casu quo,ex dicto Illustre Duce non exta-
rent filij masculi; tunc voluit, & mandauit, & reliquit, vt de-
ueniat, & deuenire debeat ad totam domum & Progeniem
Piccolomineam per lineam masculinam,cum eadem prohibi-
tione,quòd non possit vendi,nisi ad vitã vnius tantũ,vt supra.

73 Item d.Eneæ medietatem vnius apothecę in Ciuitate Romę,&c.

74 Item præfatus d. Testator reliquit, & legauit toti domui, siue Progeniei de Piccolominibus,videlicet, masculis legittimis,& naturalibus natis ex stirpe, & sanguine Piccolomineorum, & ex stirpe, & sanguine Felicis memoriæ Pij Secundi, & Tertij, Palatium, & domum; quam, & quod ipse d.Testator habet in Ciuitate Senarũ in terzerio, & Parrochia Sancti Martini,quod vocatur Palatium nouum, & nouiter constructum,& non perfectum propè campum fori,videlicet,illam partem,quam prædictus d.Testator diuisit cum Mag. d Andrea de Piccolominibus eius fratre germano, prout de dicta diuisione costare dixit manu Ser Bernardini Politi de Senis Notarij publici inde rogati,cum apothecis, & alijs pertinentijs suis. Palazzo di Siena, & la metà di Porrona à Casa Piccolomini

Ac etiam medietatem tenimenti, & Castri Porronæ, positi iuxta, & infra illos confines, de quibus patet in diuisione iam facta de dictis tenimento,& Castro inter ipsum d.Testatorem, & præfatum Magnificũ d. Andream de Piccolominibus eius fratrem germanum: De qua diuisione costare dixit similiter manu Ser Bernardini Politi suprascripti Notarij publici inde rogati. Cũ omnibus iuribus, & pertinentijs dicti Tenimenti, & Castri, & cum omni genere bestiaminis, quæ tempore mortis prædicti d. Testatoris erunt, & reperientur penes laboratores, siue mediarios dicti Tenimenti,& Castri,& cum debitis, & creditis, & Soccitis cum dictis mediarijs. Ac etiam medietatem omnium apothecarum, quæ sunt in Ciuitate Senarum subt. logiam de Piccolominibus in terzerio Sancti Martini in Platea de Piccolominibus; quam logiam costruere,& ædificare fecit felix memoria D.Pij Pontificis Secũdi: quæ apothecæ sunt pro indiuiso

cum

cum hæredibus Magnifici d. Andreæ de Piccolominibus. Ac etiam vnam domum sitam in Ciuitate Senarum in terzerio Sancti Martini,& in Parrochia Sancti Vigilij vocatam la casa del casto: cui ex duobus via cōmunis,et ex alio bona hæredum d. Andreæ de Piccolominibus,vel alia latera.Cum prohibitione quòd suprad. res,et bona non possint alienari in totum, vel in partem perpetuò nisi ad vitam vnius tantum, et non ad vitam vnius tantum,et non ad vitam plurium successiuè succedentium. Et casu quo alienarentur voluit, et disposuit præfatus d.Testator,quòd deueniant, et deuenire debeant ad Illustrē D.Ducem Amalphiæ, et d.Marchionem de Leccoti, et filios masculos,et hæredes Magnifici d. Andreæ de Piccolominibus, et filios masculos, et hæredes Magnificarum dominarū d. Cōstantiæ d.Laudomiæ, et d. Alexandræ filiarum legittimarum præfati d.Testatoris, et cum infrascriptis conditionibus,et obligationibus videlicet, quòd Arma, et insignia, quæ sunt in suprascripto Palatio,et locis Porronæ,et in supradictis domibus, et apotecis nullo vnquam tempore posśint remouere, nec remouere permitti de supra dictis locis, et alia Arma,et insignia apponere, nec apponere permitti,imo prædicta, quæ nunc in dictis Palatio,domibus, et apotecis affixa sunt, debeant per supradictos de domo, et progenie Piccolominea conseruari, et manuteneri eo modo, et forma,prout concessum fuit per Serenisśimum Imperatorem Federigum Felici memoriæ Pio Secundo prout in eius priuilegijs apparet.Et quòd etiam teneantur manutenere, et conseruare perpetuo dictum Palatium de omnibus rebus opportunis, et necessarijs, ne tendat ad Ruinā.

75 Item quòd supradicti legatarij de domo, et progenie de Piccolominibus teneantur, et debeant de fructibus, et prouentibus, et redditibus supradictarum rerum continuè,et perpetuò conseruare,et manutenere logiam de Piccolominibus,quam costruere fecit felix memoria Pij Secundi cum armis, et insignis vt supra declaratis,et seggis, et tectis, et omnibus alijs opportunis, necessarijs pro conseruatione perpetua dictæ logiæ.

76 Item

76 Item teneantur, et obligati sint, et debeant infra terminum quatuor annorum immediatè sequentium post mortem præfati d. Testatoris dare, et soluere singulo anno dictorum quatuor annorum operæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Monte Ilcino Florenos centum monetæ Senen. ad rationem quatuor librarum pro quolibet Floreno. Et alios centum florenos similes dare, et soluere Magnificæ d. Costantiæ vxori Magnifici viri d. Petri de Sancta Cruce patritij Romani, seu eius filijs, vel hæredibus; & alios centum florenos Magnificæ d. Laudomiæ vxori Magnifici viri d. Thomasij de Thomasijs de Senis, seu eius filijs vel hæredibus. Et alios centum florenos, vt supra, dare, & soluere Magnificæ d. Alexandræ, seu eius filijs, vel hæredibus vxori Magnifici viri d. Ioannis Francisci filij d. Ludouici Comitis Montorij de A quila, filiabus præfati d. Testatoris. Quos centum florenos, vt supra, voluit, & mãdauit præfatus d. Testator effectualiter dari prædictis operæ, & filiabus præfati d. Testatoris quolibet anno, videlicet, centum pro qualibet, vt supra, durantibus dictis quatuor annis: Quæ florenorum quantitas, vt supra, in totum ascẽdit ad summam florenorum mille sexcentorum ad rationem prædictam.

77 Item voluit, & mandauit præfatus d. Testator, quòd supradicti legatarij non debeant, nec possint remouere, & expellere Andream Ioannis Theotonicum procuratorem præfati d. Testatoris, & d. Vrsinam dicti Andreæ Vxorem, & d. Agatham ma trẽ d. Vrsinę de supradicta domo eis relicta vt supra, imo permittant supradictos Andream, Vrsinam, & Agatham stare, & habitare in dicta domo ad vitam ipsorum, & post mortem supradictorum Andreæ, Vrsinæ, & Agathæ, si accideret, quòd aliqua honesta mulier, & miserabilis esset destituta omni auxilio, & fauore, & habitatione, debeãt ipsam recipere in dicta domo, & in eadem permanere, & habitare permittãt amore Dei.

70 Item voluit, & mandauit præfatus d. Testator, quòd præfati legatarij teneãtur, & obligati sint dare, & soluere florenos triginta sex ad rationem prædictam prædictis Andreæ, Vrsinæ, &

Agathę quolibet anno, dũ vixerint; & si aliquis prędictorum moriretur, omnino teneantur dare, & soluere supradictos triginta sex florenos annuatim, & quolibet anno alijs superstitibus, siuè superstiti eorum.

79 Item voluit, & mandauit præfatus d. Testator, quòd prædicti legatarij permittant Mariottum Ioannis de Cortonio eius familiarem stare, & habere toto tempore eius vitæ in Castro Porronæ in vna eius domo sita propè portam Orti hæredũ Magnifici d. Andreæ de Piccolominib. sine aliqua solutione pēsionis.

80 Item permittant dictum Mariottum laborare, & serere in dicta Curia Porronę, videlicet, in parte pręfati d. Testatoris duo modia terrę quolibet anno.

81 Item debeant dare, & assignare dicto Mariotto staria quatuor terræ in dicta Curia Porronæ, in qua dictus Mariottus possit plantare vineam, & illa frui, & vti ad suum vsum toto dicto tempore vitæ suæ, & post eius mortem dicta Vinea remaneat prędictis legatarijs.

82 Item voluit, & mandauit præfatus d. Testator, quòd dictus Mariottus durante tempore eius vitæ possit, & valeat retinere, & pascere in dicta Curia Porronæ bestias sex grossas, absque prohibitione alicuius, & sine solutione pascui, & quòd dictus Mariottus non sit obligatus soluere pro supradictis rebus aliquid, nisi solum, & dumtaxat Vnum parum pullorum quolibet anno, & mediam salmam vini, postquam Vinea per eum plantanda reddet fructum.

83 Item voluit, & mandauit præfatus d. Testator, quòd supradicti legatarij soluant, & soluere debeant, & teneantur de fructibus supradictarum rerum eis relictarum, vt supra, florenos duodecim monetæ Senensis ad rationem quatuor librarum pro quolibet floreno Gregorio Bartholomęi de Piccolominibus de Sarteano eius familiari annuatim, et quolibet anno vsque quo vixerit d. Gregorius.

84 Item voluit, et mandauit præfatus d. Testator, quòd supradicti legatarij teneantur, et obligati sint, finitis, et transactis quatuor

annis

annis post mortem præfati d. Testatoris de fructibus, et redditibus supradictarum rerum infra vnum annum, emere tot, et tanta bona stabilia, quorum fructus, et redditus ascendant ad summam florenorum vigintiquatuor monetæ Senen. ad rationem quatuor librarum pro quolibet floreno; et postea eligere debeant vnum Cappellanum, qui pro temporibus futuris perpetuò officiare, et celebrare debeat Missam in Cappella Crucifixi in Ecclesia Sancti Martini de Senis; cui Cappellano dare, et consignare debeant supradictos vigintiquatuor florenos, aut fructus, et redditus prędictorum bonorum, per ipsos ex causa hac emendorum, vt supra: Qui Cappellanus teneatur, et debeat celebrare Missas in dicta Cappella Crucifixi tribus vicibus in qualibet hebdomada, et quolibet die festiuo, ac ēt in die festo Sācti Pij facere cātare Vesperas, et Missā in dicta cappella.

85 Item voluit, et mandauit præfatus d. Testator, quòd supradicti legatarij teneantur, et obligati sint de fructibus supradictis cōtinuè conseruare, et manutenere Ecclesiam Sancti Donati de Castro Porronæ, et eidem prouidere de omnibus opportunis, et necessarijs pro reparatione, et conseruatione, et fabrica eiusdē et pro omnib. alijs necessarijs pro cōseruatione ipsius Ecclesiæ.

86 Item voluit, et mandauit præfatus d. Testator, quòd si supradicta d. Costantia, d. Laudomia, et d. Alexandra eius filiæ legittimæ, et naturales vllo vnquam tempore viduæ remanerent (quòd Deus auertat) teneātur, et debeant legatarij prædicti ipsas, et quamlibet earum recipere, et eisdem habitationem dare in dicto Palatio, et in eo ipsis et cuilibet earum dare et concedere congruam, et honorabilem mansionem, et habitationē tam pro ipsis, quàm pro earum familijs; ipsę tamen viuere teneantur de dotibus suis.

87 Item voluit, et mandauit præfatus d. Testator, quòd supradicti legatarij teneantur, et obligati sint continuè et perpetuis temporibus cōseruare, & manutenere tectum, & parietes, & seggia Cappellæ sub vocabulo Sancti Andreæ, & Sancti Gherardi per ipsum d. Testatorem constructæ, & ædificatę in Ecclesia San-

cti Francisci de Senis, & habere curam, & diligētiam, quòd in dicta Cappella à fratribus predictæ Ecclesię celebrentur missæ, & diuina officia, secundum eorum obligationem, & quolibet anno in festo Sancti Andreæ teneantur, & debeant de supradictis fructibus dare prędictis fratribus pro elemosina pro anima ipsius d. Testatoris centū panes valoris vnius quatreni pro quolibet, & libras quinquaginta carnium, & salmam vnam Vini pro pietantia dictorum fratruum, ac etiam libras quatuor ceræ pro officijs.

88 Item voluit, & mandauit, quòd si d. Victoria, & d. Pia filiæ d. Eneæ filij præfati d. Testatoris venirent ad legittimam ætatem nubendi, & nuptæ essent, & prædictus d. Eneas non daret eis dotes congruas, & conuenientes secundum eius conditionem, & qualitatem, quòd tunc supradicti legatarij teneantur, & obligati sint de fructibus & redditibus supradictis dare, & consignare, & cum effectu numerare eisdem d. Piæ, & d. Victoriæ, & cuilibet earum vltra dotes eis datas à præfato d. Enea florenos mille pro qualibet earū de libris quatuor pro quolibet floreno monetæ Senensis. Et si altera earum decederet sine filijs, altera superstes succedat in dictis mille florenis. Et si ipsarum ambæ decederēt sine filijs, quòd prædicti duo millia floreni redire debeant ad prędictos legatarios.

89 Item cum sit, quòd dictus d. Testator sit creditor hæreditatis Felicis recordationis Papæ Pij Tertij in ducatis tribus millibus auri, & hæredes Summi Pij Pontificis teneantur sibi dictos denarios soluere propter causam, quæ apparet in libro rubeo dicti d. Testatoris vocato il Ricordo rosso di Siena: sicut dixit habere plenā notitiam Reuerendissimus D. Aldellus de Piccolominibus Episcopus Suanensis, & D. Paschalis Lambernardus Canonicus Parmensis, & olim cubicularius præfati Felicis recordationis Pij Tertij. De quibus quidem ducatis tribus millibus hæredes Magnifici d. Andreæ de Piccolominibus fratris germani dicti d. Testatoris tanquam hæredes præfatę Felicis recordationis Pij Tertij pro medietate teneantur soluere, & dare supra-

dicto

dicto d. Testatori ducatos mille quingētos auri de Camera pro eorum medietate dictorum trium millium ducatorum, præfatus d. Testator voluit, & mandauit, quòd supradicti legatarij teneantur, & obligati sint exigere à prædictis hæredibus Magnifici d. Andreæ prædictos mille quingētos ducatos, de quibus teneantur dare, & soluere quingentos ducatos Capitulo, & Canonicis Ciuitatis Senarum expendendos in rebus immobilibus in vtilitatem, & commodum dictorū Capituli, & Canonicorum. Et alios quingentos ducatos de prædictis dare, & soluere Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis Sanctæ Mariæ de Monte Ilcineo, similiter expendendos in rebus immobilibus in vtilitatem, & commodum prædictorum Capituli, & Canonicorū. Et alios quingentos mandauit expendi pro reparatione, & aptatione Claustri Ecclesiæ Sancti Francisci de Ciuitate Senarum.

90 Item voluit, & mandauit dictus d. Testator, quòd supradicti legatarij teneantur, & obligati sint perpetuò habere diligētem curam, vt infrascriptæ Ecclesiæ, & Cappellæ sint benè, & laudabiliter gubernatæ, rectè, & debitè officiatæ suis congruis tēporibus, & quòd ad earum curam eligantur Sacerdotes idonei, & sufficientes, & quòd curent ne tendant ad ruinam. Ac etiam quòd pecuniæ, quæ expendi debent pro fabrica, & reparatione dictarum Ecclesiarum, & Cappellarum secundum dispositionem, & ordinationem dicti d. Testatoris fideliter expendantur, vt in ipsis non fiat aliqua fraus: videlicet, Cappella sub titulo Sanctæ Mariæ, & altera Cappella sub titulo Sancti Thomæ de Aquino olim d. Antonij Blochel, & Libraria in Ecclesia Cathedrali Ciuitatis Senarum, Cappella Sancti Andreæ, & Sancti Gregorij in Ecclesia Sancti Petri de Vrbe, & Cappella Corporis Christi in Ecclesia Sancti Eustachij de Vrbe, & Ecclesia Cappellæ, & opera Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Pientia, ac etiam Ecclesia, & opera Sanctæ Marię de Mōte Ilcino, & Cappella principalis in Ecclesia Sancti Laurentij de Sarteano.

91 Item voluit, & mandauit præfatus d. Testator, quòd supradicti

legatarij

Quelli della Casa di Picco- lomini si ragu nino.

legatarij de domo, & progenie Piccolominea, vt ſupra, ad euitandam confuſionem multitudinis, & vt facilius per ipſum diſpoſita, vt ſupra, exequantur, & debitæ executioni mandentur, teneantur, & obligati ſint omnes ætatis à triginta annis ſupra ſimul ſe congregare, & coadunare vocatis, & adhibitis in dicta congregatione Clericis, Presbiteris, & Prelatis de dicta domo, & progenie ætatis ſupradictæ, exceptis Religioſis mendicantibus, in qua congregatione debeant communiter eligere, & deputare vnum, aut duos, vel tres, ſeu quot, & quos dictæ congregationi videbitur, & placebit, idoneos ad executionem, & curam ſupradictorum mandatorum, vt ſupra relictorum ſecundum diſpoſitionẽ præfati d. Teſtatoris, qui deputati, aut vnus deputatus, aut plures, vt ſupra, teneantur, & debeant parere, & obſequi prædictis ſimul, & vnà congregatis, vt ſupra, & prout ab ipſis ordinatum fuerit circa executionem ſupradictam diſpoſitorum per præfatum d. Teſtatorem, & diligenter, & fideliter ſe gerere, & ad ipſorum requiſitionem, & mandatum teneatur, & teneantur totiens reddere rationem, quotiens à prædictis requiſitus, vel requiſiti fuerint. Et quòd in dicta congregatione obtineatur, & locũ habeat illud, quod à tribus quartis ipſorum, vt ſupra congregatorum ordinatum, ſtatutum, & determinatum fuerit; & quòd Pupilli, Viduæ, & Pauperes de dicta domo, & progenie Piccolominea ac etiam familiares præfati d. Teſtatoris, qui fuerint ad eius ſeruitia, ſint eis continuè commendati, & eis impendant opera pia, & miſericordiæ in eorum indigentijs.

92 Item præfatus d. Teſtator diſpoſuit, voluit, & mandauit, quòd ſupradicti legatarij de ſupradicta domo, & progenie Piccolominea diligenter, fideliter, accuratè, & cum omni debita, & conuenienti cura, & ſolicitudine omnia, & ſingula diſpoſita, & ordinata, declarata, & mandata per dictum d. Teſtatorem in ſupradictis Capitulis ſimul, & diuiſim teneãtur, & debeant exequi ſecundum diſpoſitionem, & ordinationem, vt ſupra, factam per præfatum d. Teſtatorem. Et caſu quo ipſi per negli-

gentiam

gentiam, dolum, vel fraudē prædicta nōn exequerentur iuxta voluntatem, & diſpoſitionem præfati d. Teſtatoris, vt ſupra, tunc voluit, & mandauit præfatus d. Teſtator, quòd ſupradicta legata eis, vt ſupra, facta tranſeant, & transferantur, & deueniant ad Illuſtrem d. Ducem Amalphiæ, & d. Marchionem de Lecceti, & filios maſculos legittimos, & naturales Magnifici d. Andreæ de Piccolominibus, & filios maſculos, & hæredes nobilium dominarū d. Coſtantiæ, d. Laudomiæ, & d. Alexandræ filiarum legittimarum præfati d. Teſtatoris: cū ijſdem tamen conditionibus, & obligationibus ſupra narratis.

93 Item voluit, & mandauit præfatus d. Teſtator, quòd ſupradicti legatarij debeant, & ſolliciti ſint ſoluere annuatim id, quod Caſtrum Porronæ, & eius territorium tenetur ſoluere cōmunitati Senarum; & illa quantitas quæ ſolita eſt, & debet offerri Eccleſiæ Cathedrali Senarum pro dicto Caſtro Porronæ conuertatur, & conuerti debeat in vno cereo eiuſdem valoris. Et quando domus Piccolominea facient oblationem fieri conſuetam d. Eccleſiæ Cathedrali Sen. in Feſtiuitate Sanctę Mariæ de Menſe Auguſti offerri debeant d. cereum cum armis, & inſignis domus Piccolomineæ cum Aquila ſuperius.

94 Item reliquit præfatus d. Teſtator iure inſtitutionis d. Coſtantiæ eius filiæ legittimæ, & naturali, & vxori nobilis viri d. Petri Bartholomęi de S. Cruce ciuis Romani Ducatos duo millia ducentos decem & ſeptem de Carlenis, ad carlenos decem pro quolibet ducato, quos habuerat, & pro ipſa pro ſuis dotibus dederat, & numerauerat præfato d. Petro; volens, & mandans, quòd plus de bonis ſuis petere non poſſit.

95 Item eodē iure inſtitutionis reliquit præfatus d. Teſtator d. Laudomiæ alteræ eius filiæ legittimæ, & naturali, & vxori nobilis viri Thomaſij Ioannis Cicchi de Thomaſijs Ciuis Senenſis florenos duo millia de libris quatuor pro quolibet floreno monetæ Sen. quos habuerat, & pro ipſa pro ſuis dotibus dederat, & numerauerat præfato d. Thomaſio; volens, & mādans, quòd plus de bonis ſuis petere non poſſit.

96 Item

96 Item reliquit præfatus d. Teſtator eodẽ iure inſtitutionis d. Alexandræ eius alię filię legittimę, & naturali, & vxori promiſſę nobilis viri d.Ioannis Franciſci d. Ludouici Comitis Montorij de Aquila ducatos duo millia de carlenis, ad carlenos decem pro ducato, ei tradẽdos, quãdo nuptui tradetur, iubens, & mandans, quòd plus de bonis ſuis petere non poſſit.

97 Item quia dos tradenda prefatę d. Alexandrę fuit per ipſum d. Teſtatorem remiſſa diſpoſitioni, & declarationi venerabilis Viri d. Auguſtini Bennati de Caſſia, & nobilis viri d.Petri Lucentini de Piccolominibus de Aquila, prefatus d. Teſtator voluit, & mandauit, quòd ſi prędicti d. Auguſtinus, & d.Petrus declarauerint dictam dotem ſupradictę d. Alexandrę traſcendere vltra ſummam dotium per ipſum d.Teſtatorem datarum ſupraſcriptis d.Coſtantię, & d.Laudomię, quòd ipſis d Coſtantię, & d.Laudomiæ ſuppleatur in earũ dotibus vſque ad quantitatem declarandam per prefatos d.Auguſtinum, & d.Petrũ: adeo quòd omnium ipſarum dotes ſint ęquales, in valore, ſumma, & quantitate. Et omne id, & totum quòd per ſupradictos d.Auguſtinum, & d.Petrum declaratum fuerit tradendum fore pro dote prędictę d. Alexandrę, dictus d. Teſtator reliquit iure inſtitutionis eidem d.Alexandrę pro eius dote.

98 Item voluit, iuſſit, diſpoſuit, & mandauit prefatus d. Teſtator, quòd ſi eueniret caſus, quòd ſupradicti d. Siluius, & d. Eneas, vel eorum filij, vel filij filiorum, aut alicuius ipſorum venirent contra prohibitionem, vt ſupra, factam per dictum d.Teſtatorem de alienatione ſupradictarum rerum non fienda, & quòd ſecundum ipſius diſpoſitionem ſupra factam prędicta bona deuenirent ad ſupraſcriptos inſtitutos, ſeu ſubſtitutos, quòd tunc, & eo caſu ſupradictę eius filię, vel earum filij maſculi per Stirpem, & nõ per Capita ſtatim, & omnino habeant, & habere debeant ab ipſis ſuccedentibus de prædictis bonis duplum eius quod quęlibet earum filiarum habuerunt pro dotibus ſuis: cum hac tamen declaratione, quòd prędictę eius filię, vel earum filij vt ſupra poſſint, & valeant propria auctoritate, accipere,

pere, & capere tantum de bonis prędicti d. Testatoris, quę in eius hæreditate remanserũt, quòd ascendat ad dictum duplum ipsarum dotium de bonis non prohibitis alienari.

99 Item voluit, iussit, & mandauit præfatus d. Testator, quòd Palatium suum cæptum, & non perfectum in Ciuitate Senarum, propè Campum Fori, in quo quotidie laboratur, & ædificatur, debeat perfici, & compleri de pecunijs, bonis, & rebus mobilibus ipsius d. Testatoris, & quòd Operarius sit d. Frãciscus Nannis de Sarteano Canonicus Senen. Et quòd dictus d. Franciscus pro ipso complendo, & perficiendo possit, & valeat sua propria auctoritate accipere pecunias, & quascunque alias res mobiles ipsius d. Testatoris, & illas vendere, & expendere vsque ad perfectionem ipsius Palatij, ac si esset ipse d. Testator, & non possit aliquo modo impediri; Mandans supradictis legatarijs de dicto Palatio de domo, & Progenie Piccolominea in alio Capitulo superius descripto, quòd debeant præstare opem, auxilium, & fauorem eidem d. Francisco ad dictum Palatium complendum, & perficiendum.

100 Item pręfatus d. Testator iussit, disposuit, voluit, & mandauit, quòd casu, quo aliquo modo, vel tempore contingeret alienationem de rebus supra per dictum d. Testatorem alienari prohibitis, fieri per aliquem ex supradictis institutis, seu substitutis, quòd tunc, & eo casu omnis alienatio, quæ fieret, sit, & esse intelligatur nulla ipso iure. Et immediatè succedat in dictis bonis alienari tentatis, seu alienatis alius, & sequens proximus institutus, seu substitutus, & eidem proximo instituto, seu substituto liceat, & possit propria auctoritate ipsa bona accipere cum eadẽ tamen prohibitione alienationis, vt supra, prouisum est. Et talis dispositio prohibitionis alienationis per dictũ d. Testatorẽ facta perpetuò locũ habeat modo, & ordine prædictis.

101 Item declarauit, iussit disposuit, ac mandauit præfatus d. Testator, quòd, casu quo, aliquo tempore veniret casus, quòd eius filij, seu filij eius filiorum, vel alicuius ex institutis vel substitutis venirent ad successionem in bonis ipsius d. Testatoris, & dispu-

tandum esset de legitima debita iure naturæ, quòd tunc, & eo casu ille, cui debita esset, non habeat electionem de quibus bonis velit, sed ipsam habeat, & habere debeat in bonis non prohibitis alienari.

102 Item voluit, reliquit, & legauit omnibus, & singulis suis Seruitoribus, & Familiaribus cuiuscunq; generis, ac etiam pastoribus, qui tempore suæ mortis erunt ad seruitia d. Testatoris, & conductæ eorum erunt scriptæ in libris computu Castri Montis Marciani medietatem totius grani, quod recolligetur in anno mortis ipsius d. Testatoris in curia, & districtu dicti Castri Montis Marciani; videlicet, medietatem portionis dicti grani ipsius d. Testatoris, distribuendam inter ipsos familiares, & seruitores per supradictos eius executores deputatos, secundum qualitatem personarum, & secundum tempora, quibus seruierũt præfato d. Testatori. Et nihilominus integraliter persoluantur, & eis satisfiat de eorum salarijs de reliquis introitibus dicti Castri Montis Marciani.

103 Item legauit omnib. Massarijs de Castro Mõtis Marciani, &c.

104 Item ordinauit, quòd si d. Angelus non possit seruire in Ecclesia Sancti Petri de Castro, &c.

105 Item voluit, disposuit, & mandauit, quòd supradicti d. Siluius, & d. Eneas eius filij, aduenientibus casibus, quibus vacarent Canonicatus in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Senis, in quibus ipse d. Testator habet Ius patronatus, teneantur & debeant ad ipsos Canonicatos semper eligere, & præsentare clericos, & presbiteros de domo, & progenie Piccolominea: Quia dixit, quòd hæc fuit voluntas felicis memoriæ Pij Secundi, & Tertij, & similiter in alijs Ecclesijs, in quibus ipse d. Testator habet Ius patronatus, videlicet, in Cappella Sancti Andreæ in Ecclesia Sancti Petri de Vrbe, et in Cappella Corporis Christi in Ecclesia Sancti Eustachij de Vrbe, et eodem modo in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Pientia; videlicet, Canonicorum, Cappellanorum, et Clericorum; et idem in Cappella Sancti Laurentij in Ecclesia similiter Sancti Laurentij de Sarteano.

106 Item

106 Item cum ſit, quòd Princeps Biſignani in Regno Neapolitano, et Principiſſa eius vxor, et Nepos præfati d. Teſtatoris teneantur; et ſint debitores dicti d. Teſtatoris in ducatis ſexcentis auri larghis, et pro prædictis præfatus d. Teſtator habeat penes ſe vnam veſtem ad vſum mulieris pāni auri, ſiue broccati, & alia nonnulla iocalia, & annulos aureos, quæ bona dixit eſſe in domo ſua ſiue Palatio in Vrbe Romana. Quos ducatos ſexcentos voluit, & mandauit exigi, ipſoſque reliquit, & legauit, vt expendantur in complendo, & ornādo Cappellam ſuam nouiter conſtructam ſub vocabulo Sancti Andreæ, & Sancti Gherardi in Eccleſia Sancti Franciſci de Senis.

107 Item cum hoc ſit, quòd Illuſtris Dux Amalphiæ, & Illuſtris Marchio de Lecceti nepotes præfati d. Teſtatoris ſint eius debitores de ducatis mille ducentis de Carlenis, vel circa; videlicet, ad carlenos decem pro quolibet ducato, pro quibus dixit habere nōnulla iocalia, quæ eſſe dixit penes Magnificā d. Cinthiam vxorem ſupraſcripti d. Siluij eius filij, præfatus d. Teſtator reliquit, & legauit ſupradictis d. Duci Amalphiæ, & d. Marchioni de Lecceti eius nepotibus tertiam partem dicti crediti æquis portionibus, alteram tertiam partem dicti crediti reliquit Cappellæ Sancti Andreæ ſitæ in Eccleſia Sancti Petri de Vrbe, expendendam in bonis immobilibus pro commodo, & vtilitate ſupradictæ Cappellæ, & eius Cappellani, qui pro tempore fuerit. Et aliam tertiam partem dicti crediti voluit, & mandauit per executores præſentis Teſtamenti expendi in reſtauratione clauſtri de Piccolominibus, ſiti in Conuentu Sancti Franciſci de Senis.

108 Item declarauit, dixit, voluit, atque mandauit præfatus d. Teſtator, quòd omnes, & ſinguli ſui denarij cuiuſcunque generis, & omnia, & ſingula, & quæcunque vaſa, laboreria, ornamenta, & iocalia de argento, & alia quæcunque iocalia, & Gemmæ, quæ tempore ſuæ mortis reperientur tam penes ſe, quàm etiam in quocunque alio loco totaliter, & integrè peruenire debeant, & perueniant ad manus, & in manibus ſupra-

dictorum ſuorum executorum huius præſentis Teſtamenti.

109 Et quòd dicti ſui executores, ſi eis videbitur, poſſint nihilominus de dictis vaſibus, & laborerijs de Argento dare aliquã partem ſupraſcriptis d.Siluio, & d.Eneæ eius filijs pro eorum vſu, & commodo quotidiano. De reſiduo verò debeant ſatisfacere omnia, & ſingula legata, & relicta per ipſum facta in præſenti ſuo Teſtamento,& compleri facere Palatium in Ciuitate Senarum iuxta forum dictæ Ciuitatis, & de reſiduo ſupradictorum denariorum,& argentorum, & iocaliũ voluit,& mandauit, quòd prædicti eius executores emant bona ſtabilia in Territorio Romano pro prædictis d.Siluio, & d. Enea eius filijs; declarando etiam, quòd de dictis denarijs argentis, & iocalibus nulla pars ſiue portio,aut aliqua quantitas poſſit,& debeat aliquo modo peruenire ad manus dictorum d.Siluij,& d. Eneæ eius filiorum, niſi vt ſupra declaratum eſt de vaſibus, & laborerijs de Argẽto arbitrio ſupradictorũ executorũ,vt ſupra.

110 Itẽ legauit d.Lopo Hiſpano omne id quòd eſſet obligatus, &c.

111 Item d.Lopo vnam veſtem quæ erat Fel. mem. Pij Tertij, &c.

112 In omnibus autem alijs ſuis bonis, & rebus mobilibus, & immobilibus,& ſemouentibus,proprijs, & Eccleſiaſticis iuribus, & actionibus præſentibus, & futuris, vbicunq; ſunt,aut reperiri poterunt, & poſſunt, ſuos hæredes vniuerſales instituit fecit,& eſſe voluit; ſaluis tamen ſemper prædictis ſupra diſpoſitis, & ordinatis per præfatum d. Teſtatorem d. Siluium, & d. Eneam ſupradictos eius filios legittimos, & naturales natos ex ipſo d. Teſtatore, & Magnifica d. Chriſtophora de Columna eius legittima Vxore æquis portionibus. Et ſi vnus dictorum eius filiorum decederet quandocunque ſine filijs legittimis, & naturalibus,ſubſtituit alterum ſuperuiuentem,vel eius filios legittimos,& naturales.Et ſi ambo dicti eius filij decederent ſine filijs legittimis, & naturalibus, ſubſtituit infraſcriptas eius filias fœminas legittimas, & naturales natas ex ſe, et præfata d. Chriſtophora eius vxore, videlicet, Magnificam d. Coſtantiam vxorem nobilis viri d.Petri Bartholomæi de Sancta Cru-

ce ciuis

ce ciuis Romani, Magnificam d. Laudomiam Vxorem nobilis viri D. Thomasij Ioannis de Thomasijs ciuis Senensis, & Magnificam d. Alexandram vxorem nobilis Viri Domini Ioannis Francisci Domini Ludouici Comitis Montorij de Aquila, vel earum filios legittimos, et naturales in stirpe, et in capita. Et hanc dixit, asseruit, & affirmauit præfatus d. Testator esse suam vltimam voluntatem, et suum vltimum Testamentum, quam, et quod valere voluit iure Testamenti, iure Codicillorum, vel cuiuscunque alterius eius vltimę voluntatis, et omni meliori modo, via, iure, causa, et forma, quibus magis, melius, ac validius valere potest, et debet. Cassans, irritans, et annullans pręfatus Dominus omne aliud Testamētum, et codicillos hactenus à se factum, et factos, volens hoc cęteris præualere omni meliori modo, via, iure, causa, et forma, quibus supra.

Actum factum.

IN DEI NOMINE AMEN.

Codicilli.

Anno Natiuitatis D. N. Iesu Christi Millesimo quingentesimo octauo, Indictione vndecima, Die verò vigesima octaua Mensis Decembris, tempore Sanctissimi D. N. Iulij Diuina prouidentia Papæ Secundi.

MAgnificus ac Illustris D. D. Iacobus Piccolomineus de Aragonia Eques præstantissimus Senen. Castrique Montis Marciani pro Sancta Romana Ecclesia in temporalibus Vicarius Generalis, Sanus per Dei gratiam mente, & corpore, asserens, & affirmans se fecisse Testamentum super bonorũ suorum dispositionẽ manu Ser Bartholomęi Ioannis de Mõtebodio Notarij scriptum; sed quoniam vsq; ad extremum vitæ recedere licet à cuiuscunq; lege vltimæ voluntatis, & propter conditionum, & rerum successus varios oporteat eum mutare consilium.

Idem Magnificus, & Illustris D. D. Iacobus Piccolomineus post Testamentum prædictum, circa quædam in ipso Testamento contenta voluntate mutata, licèt mente cõpos, & stabili deliberato cõsilio præsentes super vltimo velle suo condidit Codicillos.

1 Et primo quidem legatũ suæ medietatis Castri Tenimenti Porronæ siti iuxta, & infra prædictos illos confines, de quibus in dicto Testamento patet cum omnibus iuribus, & pertinentijs dicti Castri, & Tenimenti, & cum omnibus bestiaminibus, & cum debitis, & creditis, & Soccitis Mediatiorum. Ac etiam legatum Palatij, & domus, quam, & quod dictus Codicillator habet in Ciuitate Senarum in Parrochia Sancti Martini, quod vocatur Palatium nouum nouiter constructum, & non perfectum propè campum fori, videlicet, partis suæ dicti Palatij, prout ipsum diuisit cum Mag. d. Andrea eius fratre germano, & infra suos confines, prout in dicto Testamento apparet. Ac etiam legatum vnius domus sitæ in d. Ciuitate Senarũ in Parrochia Sancti Vigilij, quæ vocatur, la casa del Canto, infra suos confines. Quæ legata præfatus D. Codicillator affirmauit se fecisse, & reliquisse dicta bona toti domui, & progeniei de Pic-

colo-

colominibus, prout in d. Testamento apparere dixit, his præsentibus ademit codicillis, & subtraxit eisdem, nolens dicta legata ad prædictam domum Piccolomineam, siue progeniem peruenire debere, sed dictum Tenimentum, & Castrum Portonæ, cum omnibus suis fructibus, qui tempore mortis dicti Codicillatoris reperientur ibi reliquit iure institutionis Eneæ eius filio legittimo, & naturali, cum infrascriptis conditionibus, & obligationibus.

Qui prefatus Eneas eius filius teneatur, & debeat infra quatuor annorum immediatè sequentium post mortem dicti Codicillãtis dare, & soluere singulo anno dictorum quatuor annorum operæ Sanctæ Mariæ de Monte Ilcino Comit. Senarum florenos centũ monetæ Senen. &c. ad rationem quatuor librarum pro singulo floreno, & alios centum florenos dare, & soluere Mag. D. Costantiæ eius filiæ, & vxori Magnifici viri D. Petri Sancta Cruce Patritij Romani, seu suis filijs, & hæredibus; Et alios centum florenos magnificæ D. Laudomiæ eius filiæ, & vxori Magnifici viri D. Thomasij de Thomasijs de Senis, seu filijs, & hæredibus suis. Et alios centum florenos, vt supra, dare, & soluere Magnificæ D. Alexandræ alteri eius filiæ, & vxori Magnifici viri D. Ioannis Francisci de Franchis de Aquila, filij Illustriss. D. Ludouici Comitis Montorij, seu eius filijs, & hæredibus: Quos centum florenos, vt supra, voluit, & mandauit præfatus D. Codicillator effectualiter dari operæ, & filijs suis quolibet anno; videlicet, centum pro quolibet anno durantibus dictis quatuor annis. Quæ florenorum quantitas in totum ascendat ad summam florenorum mille sexcentorum monetæ prædictæ.

2 Item voluit, & mandauit præfatus D. Codicillator, quòd supradictus Eneas eius filius, teneatur, & obligatus sit finitis, & transactis quatuor annis post mortem prædicti D. Codicillatoris emere infra vnum annum tot, & tanta bona immobilia, quorum fructus, & redditus ascendat ad summam floren. vigint. quatuor monetæ Senen. pro quolibet anno, de quibus dotare

debeat

debeat Cappellam Crucifixi in Ecclesia Sancti Martini; & postea eligere debeat vnum Cappellanum, qui futuris temporibus perpetuò officiare debeat, & celebrare Missam in dicta Cappella Crucifixi, videlicet, tribus vicibus in hebdomada, & singulis diebus festiuis, ac etiam in Festo Sancti Pij, facere cantare Vesperas, & Missam solemnem in d. Cappella, cuius Cappellæ Ius patronatus spectet Domino Siluio, & Eneæ eius filijs, & eorum hæredibus, & successoribus.

3 Item voluit, & mandauit præfatus D. Codicillator, quòd dictus Eneas teneatur, & debeat continuè conseruare, & manutenere Ecclesiam S. Donati de Porrona de omnibus rebus opportunis, & de reparatione, & conseruatione dictæ Ecclesiæ.

4 Item reliquit D. Codicillator iure legati, ac institutionis D. Siluio, & Eneæ eius filijs legittimis, & naturalibus præfatum Palatium, siue Domum, quod vocatur Palatium nouum nouiter constructum, & nō perfectum situm Senis infra suos confines, vt supra, pro indiuiso, exceptis apothecis, quæ sunt subtus dictum Palatiū, sed D. Siluio præfato reliquit omnes apothecas, quæ sunt subter dictum Palatium, à porta principali dicti Palatij versus viam largam, vsq; ad portionem Palatij, siuè Domus hęredum Magn. D. Andreę de Piccolominibus quōd. eius fratris germani, & duas apothecas proximiores portæ principali dicti Palatij versus S. Martinū in via publica subter dictum Palatium, reliquit Eneæ eius filio legittimo, & naturali.

5 Item voluit, & mandauit pręfatus D. Codicillator, quòd supradicta D. Costantia, D. Laudomia, & D. Alexandra eius filię legittimæ, & naturales, si vllo vnquam tempore remanerent (quòd Deus auertat) teneantur, & debeant infrascripti, & pręfati D. Siluius, & Eneas ipsas, & quamlibet ipsarum recipere, & eisdem habitationem dare in d. Palatio, & in eo ipsis, & cuilibet earum dare, & assignare congruam mansionem tàm pro ipsis, quam pro earum familia, & quòd ipsa teneantur viuere de dotibus suis.

6 Item voluit, & mandauit præfatus D. Codicillator, quòd supradicti

dicti eius filij teneantur, & obligati sint continuè, & perpetuis temporibus conseruare, & manutenere tectum, parietes, seggia, fenestras Cappellæ sub vocabulo Sancti Andreæ, teneantur & debeant dare dictis Fratribus dicti Cōuētus pro eleemosina pro anima prædicti Codicillatoris centum panes valoris vnius quatteni pro quolibet pane, & libras quinquaginta carnium, & salmam vnam vini, & libras quatuor cæræ pro officijs.

7 Item reliquit, & legauit supradictus Codicillator præfatis D. Siluio, & Eneæ dictum Tenimentum Castri Porronæ, & prædictum Palatium nouum situm Senis, vt supra, cum prohibitione alienationis. Et quòd non possint aliquo modo alienari, neque vllo vnquàm tempore, prout in d. Testamento suo dispositum est in capitulis prohibentibus alienationes, & vbi sunt ordinati substituti in capitulis eiusdem Testamenti. Et casu quo (quòd Deus auertat) deficeret linea masculina legittima, & naturalis ipsorum Siluij, & Eneæ, seu alterius eorum, quòd tunc, & eo casu admittantur ad successionem dictorum bonorum, & succedant filij naturales masculi, seu filius naturalis, & etiam filij legittimati, vnus, vel plures, si legittimati essent auctoritate Apostolica, vel Imperiali, & eorum, & cuiuscunq; eorum descendentes recta linea masculina seruato ordine, & more progenitorum, prout dispositum est in suo Testamento. Et casu quo in totum deficeret linea masculina dictorum Siluij, & Eneæ, et substitutorum, tunc, et eo casu in dictis bonis succedat domus tota, et progenies Piccolominea eo modo, et ordine, prout in d. suo Testamēto dispositum, et declaratum est.

8 Item reliquit iure legati toti domui, et progeniei de Piccolominibus florenos quatuor centum monetæ Senen. de quibus emere debeant tot bona immobilia, de quorum fructibus, et introitibus, debeant manutenere, et reparare logiam Piccolomineorum sitam Senis, et constructam à felice memoria Pij Papæ Secundi.

9 Item reuocauit quędam legata facta quibusdam Ecclesijs permutando ea &c.

Item

10 Item d. Cappellæ in Castro Sarteani vnam Crucem argenti,&c.

11 Item Sacristiæ Ecclesiæ Cathedrali Senen. reliquit vnum baccinum cum suo vasæ de argento &c.

12 Item Ecclesiæ S. Martini de Senis modia 20. grani, & vnum boccale, & vnam Pacem de argento,&c.

13 Item Andreæ Theotonico, vnum prædium dicto Terrapille, & vnam domum ad vitam,&c.

14 Item Gregorio de Sarteano, vnum prædium in Curia Monticchielli, detto il Palazzuolo,&c.

15 Item d. D. Christoforę, vnum baccile, vnum boccale, & alia vasa argentea,&c.

16 Item Mariotto Ioannis de Cortona, totum illud quod debebat præfata domus de Piccolominibus,&c.

17 Item Vrsinæ de Bononia, ducatos centum auri largos,&c.

18 Item ser Andreæ Stephani ducatos duodecim auri largos, & vnam eius gauardinam.

19 Item D. Angelo Plebano Murri vnam Cappam panni,&c.

20 Item Bernardo Staffulario, ducatos decem,&c.

21 Item Ioanni, ducatos decem, &c.

22 In ceteris autem in dicto Testamento contentis ipsum Testamentum plenissimè confirmauit, & hanc suam vltimam voluntatem asseruit esse velle, quam valere voluit iure Codicillorum, vel alterius cuiuscunque vltimæ voluntatis, qua melius valere potest, & debet, & ab omni hærede suo firmiter, & inuiolabiliter obseruare omni meliori modo, & forma, quibus magis, & melius valere potest, & debet. Rogans me Notarium infrascriptum de prædictis publicum conficere Instrumentum vnum, vel plura, prout necessitas erit. Actum factum



ROMÆ,

Ex Typographia Reuerendæ Cameræ Apostolicæ.

M. D C X I.